LXIX. ſedit Romæ annis fere.7.
5810 Heraclius Imperator Auguſtus.64 611
regnat vigintinouem annis, atq;
aqua intercute periijt, tentigineq;.
Coſroë rex Perſarum, poſt quẽ Me-
dorſes.
Galli inteſtino bello ſeſe adfligunt
miſere.

Deus

Deuſdedit, papa LXX. ſedit in patria quatuor annis. 615

Edelbertus Cantuariorum rex, cũ omni populo ſuo fidem CHRISTI ſuſcipit primum in Anglia.

Arabes in Africam irruunt.

Siſebutus Viſogothorum rex, etiã Chriſtianus fit in Hiſpania, cum antea Arrianus fuiſſet.

Ioannes Gerundenſis, Iſidorus Hiſpalẽſis epiſc. et doctores, S. Colũbanus, & S. Gallus monachi clarent.

Bonifacius quintus Campanus, papa quinquennio ſedit: hic delinquẽtibus templa & aras tanquam aſyla apud Chriſtianos prim⁹ cõſtituit. 618

5821 Mahumetes cum Sergio monacho in Arabia ſectam pernicioſiſſimam Sarracenorum & Turcarũ inchoat. 622

Honorius Romanus, papa duodecim annorum fere. 623

Gonzo Sueuorum dux, in Iburinga regiam ſuam conſtituit.

Dagobertus Francorum
Arioualdus Lõgobardorum } rex.
S. Oſualdus Angloſaxonum



Digitized by Google

Nidicahilus Brittonum
Penda Merciorum } rex.
Suintilla Hiſpaniæ

Victis Vuindis, Saxones a tributo 500. boum immunes fiunt.

5834 Seuerinus papa ſeptuageſimustertius, ſedit annum vnum. 635

Iazdagerd⁹ inthronizatur Mauris.

Ioannes. iiij. Dalmata pontifex Romę itidem per annum vnum. 636

Conſtantinus Iunior ſiue nouus, poſt patrem regnat ſolum quatuor menſes dolo nouercæ.

Theodorus Græcus, papa ſeptuageſimusquintus ſedit annis ſex. 637

5838 Heraclonas. XXV. Imperator Cõſtantinopolitanus, regnat cum matre Martina annis duobus, ac tandem ambo in exilium mittuntur. 639

Acephalorum hæreſis repullulat.

Sclaui, Croatini, Bohemiam ac Poloniam, Germaniæ magnę prouincias occupant, Zecchio et Cracco (ducib⁹

Arabes Perſiā debellāt.

5840 Conſtans. 2. vel Conſtantinus terti⁹ filius Conſtantini Iunioris, imperat 641

vigin ti

vigintiſeptem annis: Hic Romam ſpoliauit, & a papa hæreticus cenſetur, ac tandem a ſuis in thermis Siciliæ necatur.

Martinus Tudertinus, papa ſexennio. Conſilium hic contra Patriarchas Conſtantinopolitanos habuit ac ſponſum cum ſponſa ante carnalem copulam, a ſacerdote prius benedici voluit. 645

Eugenius Romanenſis, papa ſedit tribus annis. 651

S. Iodoc⁹ regis Brittonũ fili⁹ claret

5853 Vitellianus Signinus, papa. lxxviij ſedit. 13. annis: is naula quæ Organa dicuntur, tẽplis primus addidit. 654

Homar Sarracenus Mahumetis apud Arabes ſucceſſor.

Vandalinus, Remaclus, Furſeus, Amandus monachi, & S. Gertrudis fulgent.

Moabias Arabum
Biorno Daniæ
Mercobertus Cantiæ
Stelterus Angloſaxonũ
Ludouicus Francorum
} rex.

Cracouia ciuitas Sarmatię extruitur
Adeodatus Rom. papa ſedit quatuor annis. 668
Mezentius vel Miſſeſius tyrannus Conſtãtinopolī occupat ſex mēſes
5868 Conſtantinus quartus cognomēto Pogonatus, filius præcedentis Conſtantini, Imp. Conſtantinopolitan9 xxvij. regnat ſeptem & decē annis catholice, tandem e palatio præcipitatus, occubuit domi. 669
Donus Romanenſis, papa. 80. annis ſedit quatuor. 672
Theodericus iterum Francorum Rex.
Bamba Gothorum ī Hiſpania rex.
Grimoaldus Longobardorū rex.
Agathon Siculus, papa ſedit biennio, ac diſtinxit habitus virorum & mulierum curioſe ſane. 676
5876 Sexta Synodus generalis, Conſtantinopoli contra Monothelitas celebratur, cum centum quinquaginta epiſcopis, in qua Græcis ſacerdotibus vxores permiſſę ſunt, noſtris vero nequaquam. Hanc alij anno 677

Digitized by Google

no .685. habitam contendunt.
Edilredus Merciorum rex.
Gaganus Auarorum rex.
Lutherus Canthuariorum rex.
Leo.II.Siculus, papa decem mẽſes ſedit, ac conſtituit pallia Archiepiſcopis elargienda gratis, omniq; die baptizandum. 679
Leodegarius & Cylianus epiſcopi fulgent in Germania.
5880 Benedictus.II.papa octuageſimus tertius ſedit decem menſibus. 681
Trebellius.I.rex Bulgarorum in Illyria fit, pulſis incolis.
Ioannes.V.Anthiochus, papa ſedit annum, & primus Oſtienſem, Portuenſem, ac Veliternum epiſcopos Pontificem maximum conſecrare iuſſit Romæ. 682
Eberuuinus apud Francos, & Gallos tyrannidem exercet.
Conon Thrax, papa.LXXXV.ſedit vix decem menſes. 683
Pertharitus vigeſimustertius Longobardorum rex.
Cadualdus Vueſtoſaxonum in Anglia

glia Rex.
Sergius Antiochenus, papa ſedit. x &. 4. annis remoto ſchiſmate. 684
Ægyptij in Africa tumultuantur.
5885 Iuſtinus quintus, qui & Iuſtinianus minor, Imperator poſt patrē ſexageſimusnonus decennio: Hic tandem abſciſſis naribus in Pontū relegatur. 686
Paulutius Heracleanus, ſiue (vt quidam legunt) Paulus Lucius Eradianus. I. Venetorum dux fit: Tradūt alij anno. 706. initiatum. 688
Clodoueus. 2. Francorum rex.
Agiza Hiſpanorum
Baldala Sarracenorum rex.
Radebodus Phryſiorum
Ioannes ſextus, Græcus papa octuageſimusſeptimus tribus annis. 695
5895 Leo. III. ſiue Leontius. XXIX. Conſtantinopoli imperator, regnat triennio: poſtea truncatis naribus, a Tiberio in carcerē conijcitur. 696
Venerabilis Beda Anglus floret.
Ioannes ſeptimus Græcus, papa ſedit duobus annis Romæ. 698

Tiberi

Tiberius tertius, cognomine Apſy-
5898 marus, imperat ſeptem ferme annis 699
& poſtea cum Leontio trucidatur
Conſtantinopoli.

Siſinius Syrus, papa .89. viginti tã-
tummodo diebus.

Ægyptij abiecto Græcorum domi-
nio proprium ſibi regem, q Caliph
dicitur, eligunt.

Longobardi Campaniam depræ-
dantur.

5905 Iuſtinianus olim Auguſtus, iterum 706
nunc cum Tiberio filio imperat
ſex annis, & tandem in bello vi-
tam amiſit.

Conſtantinus Syrus, papa. XC. ſe- eodem
dit ſpatio ſeptem annorum.

Brabantij Francis rebellant.

5910 Philippicus Bardanes .XXXII. 711
Conſtantipoli Imperator, ordine.73
Cæſar, regnat annum & ſemis, Pa-
pæ Romano hic plurimum reſtitit,
ideoq; hæreticus decernitur: ac
vltimo luminibus cum Imperio
priuatur.

Roderic9 Gothorũ in Hiſpania rex.

Muca

Muca Africæ rex.
Haraldus.iij.Daniæ rex.
Adeluoldus Mertiorum rex.
Vadredus Britanniæ rex.
5911 Anaſtaſius.ij.cognomento Anthemius, Imperator catholicus, regnat annum & tres menſes, poſtmodum monachus eſſe cogitur. 712
Gregorius ſecundus Romanenſis, ſedit ferme decē & ſex annis papa. 713
Vunnefridus, qui poſtea Bonifacius, natione Anglus & monachus fit. I. Archiepiſcopus Moguntinenſis: Hic in Saxonia, Turingiaq; eccleſiam Romanam auxit, ac tandē a Fryſonibus occiſus eſt.
Saxonum alia manus hoc tempore ī Britanniam venit, Cerditio duce.
5913 Theodoſius tertius, Atramytenus dictus, Cæſar.75. Conſtantinopolitanus trigeſimusquartus Imperator, regnat ferme biennio, fitq; itidem monachus. 714
Ottmarus & Pyrminius Abbates florent.
Dagobertus.II. Francorum rex.

Ariper-

Aripertus Longobardorum
Gunradus Angloſaxonum } rex.
Ardramaus Sarracenorum

5915 Leo quartus genere Iſaurus, cum filio imperat vigintiquatuor annis: Hic omnes imagines vbiq; templis Chriſtianorum, etiam Romæ ſuſtulit, ac tandem Conſtantinopoli peſte obijt. 716

Carolus Martellus dux Brabantiæ, et comes Namurcenſis, Palatij comes ſiue maior dom⁹ regię Frãcorũ fit in Gallia, qui Saxones & Boios domuit.

5919 Sarraceni pulſis Gothis Hiſpanias occupant, præter Aſtures. 720

Gregorius tertius Syrus, papa nonageſimusſecundus, ſedit annis.x. 732

Sarraceni duce Maſgalda, Conſtãtinopolim terra mariq; per trienniũ obſident.

Fauilla vltimus Viſogothorũ rex in Hiſpania, cui Alphonſus catholicus ſucceſſit.

5939 Conſtantinus ſextus Copronius dictus, poſt patrem imperator.xxxvj 740



Digitized by Google

Cōſtātinopoli, regnat.34.annis, & ad extremū elephātiaſi periſt.
Conſiliū trecentorum ac triginta epiſcoporum Byzantij Imperator habet, vt omnes imagines, etiā Chriſti, vndiq; cōburerentur, contra papam: qui eas Romæ cum ſuis pręſulib9, paulo ante venerari ſtatuerat.
5940 Carolomannus pręſes Auſtraſiæ et Sueuiæ, dux Brabantiæ, fit maior domus Francorum poſt patrem. 741
Miramomelinus Maurorū
Sabinus Bulgarorum .IIII. rex.
Gormo.LVII.Daniæ
(Rex Seyta Zuataue Hunorū i Vngaria
Zacharias Gręcus, papa.X.annis. 742
Lachis rex Longobardorū monachus fit, cui Hauſtulphus ſuccedit.
Bauaria cum duce Vdillone: ſimiliter & Saxonia cū Theoderico in deditionē a Francis acceptæ ſunt.
5947 Pipinus iunior poſt fratrē deiecto Childerico, apud Francos inſtinctu papæ regnare occipit: Hic parlamētum primus in Gallia inſtituit. 748
Ægidi9 monach9 Atheniēſis claret &

& Burghardꝰ epiſcopꝰ Germanicꝰ
Offa Brittonũ rex. Eolimphus An-
gloſaxonũ rex. Egbertꝰ Cantię rex
Stephanus ſecundus, Papa ſedit 752
annis quinqꝫ: Hic primus geſtari,
& odio Græcorum, de imperij tran
ſlatione definire cœpit.
Audogarius primus, Abbas apud
Campodunum Rhetiæ fit.
5956 Paulus Romanus. 95. papa, ſedit de 757
cennio, ſub quo primũ tẽpla Chri-
ſtianorum cõſecrari cœperunt.
Turcę gens Scythica primum hac 760
tẽpeſtate latrocinãdo excurſiones
in Aſiã fecere, ac primum cum Sar-
racenis de vna lege conuenerunt.
5967 Carolus, qui poſtea Magnus, poſt 768
patrem in Francia regnat quadra-
gintaſex annis glorioſiſſime.
Deſideriꝰ. 33. et vltimus Lõgobar-
dorũ rex ĩ Italia eſt. Stephanus. 3. 769
Siculꝰ papa triẽnio ſedit: Cõciliabu
lũ hic Lateranũ Romę, cõtra Cõſtã-
tinopolitanũ denuo celebrat, tẽpliſ
qꝫ imagines reſtituit. Adrianus 772
Rom. papa. 97. ſedit. 24. annis fere.



Digitized by Google

Silo poſt Aurelium Hiſpaniæ rex.
5973 Leo quintus Conſtantini filius, or- 774
dine ſeptuageſimusoctauus Impe-
rator Auguſtus, cum quinquennio
regnaſſet, febre diſperijt.

Gottricus Daniæ
Refo Suetiorum } Rex.
Gotzo Nortuegiæ

5979 Conſtantinus ſeptimus, filius Leo- 780
nis præfati, Imperator Conſtantino
poli trigeſimusoctauus, regnat cũ
matre Hyrene (quam regno pepu-
lerat) decem, & ſecundũ alios duo
deuiginti annis: Hic effoſſis ocu-
lis in vinculis extinctus eſt.

Nicetes Siciliarum tyrannus.

Rolandus Saxonum terror.

Ilermont caſtrum, ſedes eſt ducum
Sueuiæ, quibus hac ætate priuilegi
um primorũ ordinũ, in expeditio-
nibus regni Germanici conceſſum
eſt.

5989 Septima vniuerſalis Synodus iterũ 790
Niceæ habetur, in qua Græci cum
Romaniſtis de habendis imagini-
bus, & Spiritus ſancti proceſſione
concor-

Digitized by Google

concordant.
Archiſchola Pariſijs Lutetiorum his diebus cœpit, ductu Alcuini & Claudij Clementis in Gallia. 792
Leo tertius Romanenſis, papa centeſimusoctauus, ſedit viginti annorum ſpatio. 796
5997 Nicephorus Imperator Conſtantinopolitanus, regnat nouem annis Hic orbis imperium cum Carolo Magno diuiſit, vt ipſe Orienti, hic vero Occidenti pręſit Cæſar. 798

Mauga Sarracenorum
Lubit Vuilzorum
Caianus.2. Hunorum } rex.
Bermundus Hiſpaniæ
Egbrut9 Angloſaxonū

Vratiſlauia Sileſię ciuitas extruitur
6000 Carolus Magnus Germanus, octauo Calendas Ianuarij in Imperatorem Romanorum a papa inungitur regnatq; Cæſar annis quatuordecī tandē ſeptuagenario maior, Aquiſgrani ex pleuritide deceſſit, quinto Calendas Februarij. 801
Vuitteberga ad Albim, a Vitikin-

do duce extruditur,
Michaël Curoplates poſt Scaurati 811
um Conſtantinopoli biẽnio impe-
rat,& poſtea monachus fit.
Aaron Perſarum rex.
Adelphonſus Callœtiæ rex.
Bernhardꝰ Caroli nepos, Italiã regit
Concilium Moguntiaci in Germa-
nia celebratur.
Leo Armeniacus Imperator Con- 814
ſtantinopolitanus, regit Orientem
ſeptem annis.
6014 Ludouicus Pius Galliæ rex octua- 815
geſimusſecundꝰ Cæſar.2.poſt patrẽ
occidentis Imperator,cum regnaſ-
ſet vigintiquinqꝫ annis,moritur Mo
guntiæ.xij.calendas Iunij.
Stephanus quartus Romanus papa 817
triennio.
Paſchalis Roman,papa.C.ſedit an 820
nis ſeptem.
6020 Michaël Traulus e Phrygia.43.im 821
perator Conſtãtinopolitanꝰ.9.an-
nis:hic Sarracenos ĩ Creta ſuperat.
Angliam regibus deſtitutam, Dani
occupant.

Eugeni

Digitized by Google

Eugenius ſecundus Romanus papa, quatuor annis ſedit. 827
6030 Valentinus Romanenſis papa, ſedit quadraginta ſolum diebus. 831
Gregorius. IIII. Romanenſis. 103. papa, ſedit annis. 16. Hic feſtiuitatẽ omnium ſanctorũ primus, pręcepit.
Dania & Suctia ad Chriſti fidẽ conuertuntur primum ab Humoldo. 832

| | |
|---|---|
| Geſtimulus Sclauorum | rex. |
| Lindeuincus Pannonum | |
| Aſontes Sarracenorum | |
| Ludouicus Bauariæ | |
| Syuardus Nortuegiæ | |

Frotho Suetiæ rex.
Theophilus Imperator Conſtantinopolis fit.
Rabanus monachus Stoicus & Archiepiſcopus Moguntinus, Haymo monachus Theuthonicus, & Epiſcopus Halberſtadienſis, S. Sebaldus regis Suetiæ filius, Zonoras hiſtoricus, itẽ Iaphar, qui & Albumazar aſtrologus, florent.
6039 Lutharius poſt patrẽ. LXXXIII. Cæſar, ex Francis, Germanis, 840



Digitized by Google

Gallorumq; regibus tertius Imperator, regnat annis quindecim: ab hoc Lotharingia dicta eſt, fitq; tandem monachus in Prumia.

Sergius ſecundus Romanus, papa ſedit biennio: Hic primus cũ dignitate nomen mutauit, cum antea Os porci diceretur, moſq; iſte perpetuo poſthac inter pontifices durauit Romæ. 846

Edeluulphus rex Angliæ, vniuerſam inſulam ſuam Romanæ eccleſiæ tributariam facit.

Michaël tertius Imperator Conſtãtinopolitanus, poſt matrem ſuam Theodoram.

Gotheſchalcus hæreticus in Germania viget.

Leo quartus, papa centeſimusquĩtus ſedit octo annis. 848

Afri in Italia, Roma deprædata, Hoſtiam penitus depopulantur.

Alphonſus magnus Hiſpaniæ rex.

Hauarus Danorum rex.

6055 Ludouicus ſecundus frater Lutharij, octuageſimusquartus Cæſar romano 858



Digitized by Google

manorum, regnat vigintivno annis moriturq; Mediolani, propter caſum ex alto.

Ioannes octauus natione Anglicus, officio papa, ſexu tamen fœmina, ſedit annis duobus, & menſibus ſex turpiſſime. 858

6059 Benedictus tertius Romanēſis, papa centeſimusſeptimus ſedit biēnio 860

Brunſuicenſis vrbs, a Luitolphi ducis Saxonum filijs extruitur.

Carolomannus Bauariæ, Ludouicus Oſtrofranciæ, Carolus Alemanniæ rex.

Notkerus monachus ſancti Galli, Menrhadus eremita in Heluetia, ac Ioannes Scotus in Gallia fulgent.

Nicolaus papa ſedit nouem annis: Hic interdixit ne quis ſacrificanti, qui concubinam habeat, aſſiſtat vnquam. 863

6065 Imperator Hulduuicus hoc primū anno confirmationem & priuilegia monaſterio, quod Adelbertus ſacri palatij comes, Diuæ virgini inſulam lacus Acromi ſuperiorem iam olim 866

ſtruxerat, liberaliſſime exhibet: Id ab euentu & voto Lendoa denominatum, ciuitati poſtmodum Lindauienſi (quæ Imperij Germanici Colonia ſub Sueuis Imperatoribus facta eſt) locum atq; occaſionem præbuit. Quanquam inſulam hanc diu ante habitatam, teſtetur horrendæ ſimul ac venerandæ vetuſtatis turris, vulgo murus Gẽtilicius vocatus: quæ Romanæ nimirũ aduerſus Alemannos ſtructuræ, ex ſecto ad normam ſilice fragmentum, argumento maxime antiquitatis primo ſtatim ingreſſu, hodieq; firmiſſimi propugnaculi, inſtar cernitur.

6067 Baſilius Macedo quadrageſimus ſextus Imperator Conſtantinopolitanus, anno vigeſimo regni ſui, a ceruo in venatione perimitur. 868

Adrianus ſecundus Romanus, papa ſedit quinquennio. 873

Gymnaſium literarum vniuerſale, apud Oxonium in Anglia ab Alfredo rege fundatur primum.

Caro-

Carolus ſecundus cognomine Cal-
6076 uus, Ludouici Pij filius, Impera- 877
tor Cęſar octuageſimusquit⁹, poſt
ſextū annū, Mantuę per venenum
a Iudęo medico datum, obijt.
Ioannes octauus Romanenſis, pa- 880
pa nonageſimus, ſedit annis decem
Sarraceni Dalmatiam capto Ragu
ſto depopulantur.
6081 Carolus tertius, qui Groſſus dicitur 882
poſt Ludouicum Balbum Impera-
torem, Cæſar regnat annis duode-
cim & quinq; menſibus: Fuit hic
Germaniæ, Galliæq; Rex: de-
mum abrogatus, in Augia maiore
Alemanniæ, priuatus interijt.
Leo ſeptimus philoſophus, & Ale- 886
xander fratres, Imperatores Græ-
ciæ ſimul ſunt.
Anaſtaſius bibliothecarius, &
Albategni Aſtrologus Ægyptius
florent.
Martinus ſecundus Gallus, papa 890
ſedit Romę vno anno.
6090 Adrianus tertius Roman⁹, papa. 92 891
ſedit itidem anno vno: Hic
primus

Digitized by Google

primus decreuit, ne in creando pō-
tifice, Imperatoris conſenſus expe-
ctetur amplius.
Stephanus quintus, papa ſedit qui- 892
q; annis.
Carlonus Francorum rex.
Ericus tyrannus Daniæ
Fruella.ij.Hiſpaniæ rex.
Bozo Burgundiæ
Formoſus Portuēſis, papa .cxiiij.ſe
dit quinquennio.
6093 Arnulphus Carlomanni filius .88. 894
Cæſar poſt patruum ſuum, imperat
duodecim annis: Obtinuiſſe Ger
maniam, Gallias, & Italiam fertur
ſolus, ac tandem Oethingæ phthiri-
aſi periſſe.
Bonifacius ſextus Thuſcus, papa
vigintiquinq; dierum.
Stephanus ſextus Romanus, papa 899
CXVI.ſedit annum integrū vnū.
Sarraceni ex Africa, iterum Siciliā
occupant.
Rhomanus, papa ſedit duobus an- 901
nis in patria.
Conſtantinus octauus, Imperator
Græ

Græcorum quadraginta annis: hic aliquot duces infideles ad CHRISTI fidem pellexit.
Thodorus ſecundus, papa. XVIII & C. ſedit dies tantum viginti. 603
6102 Ioannes nonus Romanus, papa ſedit biennio. eodem
Carolus ſimplex Galliæ rex.
Eduardus Anglię rex.
Raymirus ſecundus Hiſpanię rex.
Suatobogius penultimus Morauię Rex.
Benedictus tertius Romanenſis, papa. CXX. ſedit tribus annis. 906
Berengarius Italiæ imperium occupat annis vndecim.
Leo quintus, papa quadraginta dierum.
Christophorus Roman. papa menſium ſeptem.
Vngari Germanos grauiſſime affligunt, præcipue autem Rhetos.
6106 Ludouicus tertius filius Arnulphi, 907
Imperator Cæſar octuageſimusnonus, regnat annis ſex in Germania & Gallis, tandem Veronæ victus, lumini-

Digitized by Google

luminibus priuatur.
Sergius tertius Romanus, papa.123. ſedit ſeptem annis. 909
Ordo Cluniacenſis monachorum ſub regula S. Benedicti ingruere cœpit, Bernone procurante. 912
Frotho ſextus Daniæ ſexageſimus ſeptimus rex.
6113 Cunradus Francus Germanus, à Germanis & Gallis Cæſar Imperator eligitur, regnatq; annis ſeptē: Moritur in Vuilinaburgo, ſepelitur Fuldæ. 914
Anaſtaſius tertius Romanenſis, papa ſedit biennio. 915
Lando Romanus, papa centeſimus vigeſimusquintus ſedit ſex menſes 917
Berengarius ſecundus, regit Italiā quatuor annis.
Ioannes.x. Roman. filius Sergij. III pōtificis, papa ſedit.13. annis: hic Sarracenos ex Campania profligauit. eodem
Vaſtata Alemānia Vngari Baſileā capiunt, & poſtea quoq; Italiam.
6120 Hainrichus Saxo, Auceps dictus, Imperator Germanorū. xviij. annis: 921

Hic

Digitized by Google

Hic primus ludos equeſtres, quos Thorneamenta vocant, Nobilitati Germanicæ exhibuit: Obijt in ſuo caſtello Hicmeleua.

Hugo Arelatenſis comes, Italiam regit decem annis.

Babenberga ciuitas extruitur in Germania.

Anthropomorphitarum hæreſis viget.

Leo ſextus Romanenſis, papa ſedit vix menſibus ſeptem. 930

Ottruncius .4. Hiſpaniæ
Rudolphus Burgūd9 Galliæ
Attelſtanus Angliæ rex.
Gormo. II. Daniæ
Sturbiornus Suetiæ

Taxis Hungariæ rex.

6130 Stephanus ſeptimus Roman. papa CXXVIII. biennio ſedit. 933

Bohemi cum duce ſuo Spirineo, fidē CHRISTI ſuſcipiunt primū.

Hiſpaniam Sarraceni, Arabes, ac Normanni depopulantur.

Lothari9 imperat in Italia biennio. 933

Almanzor Sarracenorum rex.

Conſtā-

Conſtantinus Scotorum rex.
Ioannes vndecimus Romanenſis, papa annis quatuor ſedit. 934
Berengarius tertius imperat Italia.
6136 Otto Saxonum dux, poſt patrẽ rex fit Germanorum, ac imperat triginta ſeptem annis, decem menſibus. 937
Leo ſeptimus Romanenſis, papa 130. ſedit annis tribus. 938
Vdalrichus, Cõradus & Volphgãgus epiſcopi in Germania fulgent.
Ludouicus ſextus filius Caroli Simplicis Francorum trigeſimus prim⁹ rex in Gallia.
Stephanus octauus, papa ſedit triennio: Hic primus Germanus natione pontifex Romæ eſt creatus. 942
Rhomanus iunior Conſtantinopoli Imperator, anno decimotertio regni, veneno perit.
Martinus tertius Romanenſis, papa tribus annis. 945
Chameda Turca Aſiam deuaſtat.
Lindauium ſub Heremanno Sueuorum duce concrematur, & Synodus apud Ingelheim celebratur. 948

Agapi

Agapitus ſecundus Romanus, papa trigeſimus tertius ac. C. ſedit nouem annis. 6148 949

Gean Bulgarorum
Geyſa Vngariæ
Haraldus. iiij. Daniæ } rex.

Lotharius quartus Franciæ rex.

Raymirus tertius Hiſpaniæ rex.

Vngari in Sueuia iuxta Auguſtam ingenti ſtrage ab Germanis victi ſunt.

Ioannes duodecimus Romanenſis, papa ſedit annis fere tribus: Statuit hic, vt Imperator Auguſtus ſemper poſthac a papa Romę coronaretur 959

Nicephorus Phocas quinquageſimus primus Imperator Conſtantinopoli, multa a Sarracenis patitur.

6160 Nauarræ regnum in Hiſpania, initium ab Eneco comite Bigortiæ ſumit. 961

Benedictus quintus Romanenſis, papa duobus menſibus.

Leo octauus Romanenſis, papa trigeſimus ſextus ſupra centeſimū, ſedit annum tantummodo. eodem

Otto Magnus, vniuerſalis Augu-
6160 ſtus, & Cæſar Romæ, a papa decla- 961
ratur: Sub hoc tituli imperiales a
Romanis, Gallis, & Longobardis
abbati in Germaniã tranſlati ſunt.
Hic cũ regnaſſet annis ferme trede-
cim, ſubitanea deceſſit morte, ĩ vico
Saxoniȩ Mimelieba, nonis Maij.
Ioannes decimustertius Rom. pa- 962
pa fere ſeptem annis, poſtquam ab
Imp. reſtitutus eſſet patriæ.
S. Edimũdus Angliæ rex claret.
Benedictus ſextus Rom. papa cen 969
teſimustrigeſimusoctauus, ſedit an
no vno tãtum Cincij tyrannide.
6168 Vngaria cum rege ſuo Stephano, eodem
primũ Chriſti fidem amplectitur.
Ioannes Zemiſces imperator Con-
ſtantinopolitanus Bulgariam vin-
cit: fuit hic antea magiſter ſcholarũ
in Oriente.
Danus ſecundus Romanenſis, pa- 971
pa ſedit annum.
Bonifacius ſeptim9 Rom. papa. 140 972
ſedit ſex menſes ſacrilegus.
Sanctius Abarca rex Nauarræ. III.

Benedictus ſeptimus Rom. papa ſedit octo annis religioſiſſime.

Polonia ex duce primum regẽ habere incipit Boleſlaum: Alij tamen regionẽ hãc, anno primum. 1077. in regnũ eſſe ſublimatam docent. 973

6173 Otto ſecundus Saxo, filius primus Ottonis, Mors Sarracenorum nuncupatus, Imperator Romanorũ & Germaniæ, regnat nouem (quidã habent vndecim) annis, ac capto Beneuento, Romæ moritur ſexto Idus Decembris. 974

Baſilius ſecundus Græcorum .liij. imperator, cũ fratre Cõſtantino.

Ioannes decimusquartus Roman⁹ papa trium menſium.

Ioannes decimusquintus Rom. papa & fur quatuor menſium. 980

6180 Ioannes decimusſextus Rom. papa CXLIIII. ſedit decem annis contra Creſcentium conſulem. 981

Græci cum Germanis pro Apulia, ac Calabria dimicant.

Hallis Myſniæ propter Salis fontes, vrbs eſt facta apud Germanos.



Digitized by Google

Melcolinus Scotiæ rex.
Sueno Danorum
Cinandus Cantiæ
Egdarus Angliæ rex:
Sigiſmundus Burgũdiæ
Bagenus Bulgariæ

6183 Otto tertius Saxo, Mirabilia mũdi dictus, Imperator Germanorum & Romanorum nonageſimusquartus, cum regnaſſet poſt patrẽ annis decem octoq́, tandem apud Italos intoxicatus, diem ſupremum clauſit, quinto calendas Februarij. 984

Alpharabius Arabs philoſophus et aſtronomus claret, & Gilbertus magus.

Ludouicus ſeptimus, vltimus e Caroli & Ancorũ vera progenie rex eſt Gallorum. 986

Garſias ſecundus rex, Nauarræ. iiij.

Gregorius quintus Saxo, papa quadrageſimusquintus ſupra centeſimum, biennio ſedit. 992

6191 Hugo Capetus regnũ Franciæ primus e Gallorum gente occupat. eodem

Septem ſacri Romani Imperij electores

Digitized by Google

ctores principes, Epiſcopus Mogū tinus, Epiſcopus Coloniēſis & Epiſcopus Treuirenſis archipræſules, Rex Bohemiæ, Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ, ac Marchio Brandēburgenſis in Germania cō ſtituuntur.

6193 Ioannes decimusſeptimus Græcus, papa ſedit decem mēſibus Romæ. 994

Alphonſus.v. Hiſpaniæ
Petrus Vngariæ } rex.
Cunradus Burgundiæ

Robertus Galliæ rex.

Syulueſter ſecundus Gallus, papa ſedit quatuor annis, fuit & magus & Necromanticus. 997

Cunto vel Canutus ſecundus Daniæ, Nortuegiæ, Suetiæ, Angliæ, Scotiæ, & Gothorum rex ſolus.

Ioannes decimusoctauus Italus, papa .cxlviij. ſedit quincꝫ fere menſibus ſub Creſcente. 1000

Ioannes decimusnonus Romanenſis, papa ſedit quatuor annis deſidioſe. 1001

Tartari Bulgaros Macedoniam vſ



Digitized by Google

ꝗ infeſtant.

6201 Hainrichus ſecundus Bauarus, cognomento Claudus, nonageſimusquintus Imperator, regnat annis viginti duobus, mēſibus. 5. Et ſanctus quod cœlibatum cum vxore duxerit habetur. Deceſſit Babenbergæ, tertio Idus Iulij. 1002

Germani, Sclauos in Bohemia ſubiugant.

Sergius. 4. Romanus, papa quīquageſimus ſupra. C. ſedit biennio. 1004

Benedictus octauus Thuſcus, papa vndecim annorum. 1007

Hoc æuo fames & peſtis, totum pene orbem perreptant.

6209 Caſtellæ in Hiſpania comites, hoc anno reges fiunt, primuſꝗ dicitur Ferdinandus. 1010

Imperator Germanicus cum Kunigunda vxore a Papa Romæ coronatur Cæſar. 1014

Hieruſalem ab Ægyptijs & Sarracenis hoc æuo capitur.

6215 Ramyrus quidā primus rex fit Arragonum in Hiſpania. 1016

Ordo

Ordo Humiliatorũ exordiũ habet.
Ioannes vigeſimus Romanenſis papa fit, nullis antea ſacris initiatus, ac ſedit nouem annis. 1020
Heliprandus Angleriæ comes, primus fit Mediolani princeps. 1023
6223 Cunradus ſecundus Francus nonageſimusſextus Romanorum Cæſar, & ſecundus electus Germaniæ imperator, regnat .XV. annis. Nõnulli Sueuum fuiſſe contendunt, obijt Traiecti pridie nonas Iulias. 1024
Theophylactus Bulgariæ Archiepiſcopus fulget.
Rhomanus Argyropolus, imperator apud Conſtantinopolim quinq; annis, is a ſucceſſore tãdẽ interfici- (tur.

| | |
|---|---|
| Ferdinandus Hiſpaniæ | rex. |
| Henricus Gallorum | |
| Petrus Arragonum | |
| Garſias .iij. Nauarræ | |
| Canutus .iij. Danorum | |
| Andreas Vngariæ | |
| Miſico Polonorum | |

Rudolphus vltimus Burgũdiæ rex.
6229 Benedictus .IX. Thuſculan9, papa 1030

 ſupra

ſupra centeſimum .53. ſedit infamis decem annis.

Dalmatæ in inferiori Pannonia, & Liuitici in Saxonia ſuperantur a Germanis.

Campanus philoſophus & mathematicus inſignis, Guido muſicus argutiſſimus, & S. Haimerius clarent.

Ordo Camaldulenſium monachorum, Romualdo inſtituente oritur. 1033

6238 Hainrichus tertius, Pius ac Niger cognomine, Cunradi præcedentis filius, Imperator nonageſimus ſeptimus per annos decem & ſeptẽ, menſeſq; ſeptem. (Hunc alij comitem de Kalb, & Cunradi Cęſaris generũ nonnulli Bauarum fuiſſe aſſerunt) Moritur quadragenarius, tertio nonas Octobris, in Bochfelden Saxoniæ. 1039

Michaël Paphlagon, Conſtantinopoli Imperator eſt Gręcorum.

Syluester tertius Romanenſis, papa quadraginta diebus ſolum. 1040

6239 Gregorius ſextus, papa .55. ſedit duobus annis cum dimidio. eodem

Clemẽs

Clemens ſecundus Bābergenſis, papa depoſitis tribus prioribus fit, ac 1042
ſedit nouem menſibus tantum.
Damaſus ſecundus Bauarus, papa 1043
vigintitribus diebus.
Salomon & Geyſa de Vngariæ regno vario, morte inter ſe certant.
6248 Leo nonus Alemannus, papa.158. 1049
ſedit quinquennio.
Concilium Vercellis, contra Berēgarium de ſacra Euchariſtia diſſentientem celebratur.
Dobir Ægypti princeps.
Zoë vidua Conſtantinopolitana, Imperatrix cōtra Calaphatem eſt.
Sadock primus Turcarum dominus fit, diſſidentibus inter ſe Sarracenis. 1051
Hermannus contractus comes a Vueringen, monachus S. Galli doctiſſimus floret.
Victor ſecundus Bauarus, papa ſedit biennio. 1054
Bohemi in Vngariam irrumpentes, repulſi ſunt.
6256 Hainrichus quartus Senior appel- 1057

latus poſt patrē Imperator Germa
norum, ordine nonageſimnsoctauꝰ
Cæſar, regnat clariſſime .48. an
nis, inuitis Pontificibus Romanis:
Tandem cum ſexageſies collatis
ſignis dimicaſſet, a filio Leodiſ in
carcere detentus, ex animi mœrore
periſt, ſeptimo Idus Auguſti.
Stephanus nonus Lotharingus, pa eodem
pa .160. ſedit quatuor menſibus.
Conſtantinus Monomachus Impe
rator Græcorum, qui Rhoxolanos
& Scythas vicit.

S. Ladislaus Vngariæ
Demetrius Rhuttenorum
Sueno. II. Daniæ rex.
S. Eduardus Angliæ
Abdela Damaſci

6257 Benedictus decimus Veliternus, 1058
papa nouem menſibus.
Nicolaus ſecundus Sabaudienſis,
papa. 62. ſupra centeſimum, ſedit tri
bus annis: Conſilium hic Mantuę
habuit, ac papam a ſolis cardinali
bus eligendum decreuit.
6258 Iſacius Comnenus Imperator Con 1059
ſtanti

Digitized by Google

ſtantinopolitanus fortiſſimus, qui
tandem monachus fit caſtiſſimus.
Ferdinandus Rex, primus Caſtel
læ & Legionis regna, in Hiſpa-
nia iunxit.
Apulia varijs bellis diripiturr
6261 Alexander ſecundus Mediolanen- 1072
ſis, papa ſedit annis duobus. Vetuit
hic ne quis clericus eccleſiaſtica be
neficia a laico acciperet, contra Im
peratorem, qui Parmenſem præſulē
paulo ante in comicijs Baſileę, Ro-
manis pontificem deſignauerat.
Dogriſſa Turcarum ſecūdus dux,
cuius frater Artot Meſopotamiā
inuaſit.
Conſtantinus Ducas, Imperator Grę
corum duodecim annis.
Petrus Damianus doctor, Serapion
Iſaac, Albaterius medici, Azophi
aſtronomus apud Arabes florent.
Ordo monachorū Vallis Vmbro- 1070
ſę, incipit ab Ioanne Gualberto.
Raymūdus Arragonum. 6. rex.
Canutus. 4. Danorū ſanctiſſ. rex.
6272 Gregorius. 7. antea Hildebrandus 1073

Saonen

Digitized by Google

Saonenſ. monachus & necromanticus, papa centeſimusſexageſimus quartus ſedit vndeci annis: ac grauiſſimas cum Imperatore inimicitias geſſit, propter ſui & epiſcoporũ confirmationem, &c. Prohibuit hic ſacerdotibus, & concubinas & vxores, mandauitq;, ne ſabbatis carnes Chriſtiani ederent.

6275 Grandimontenſium monachorum ordo inchoatur per Stephanũ Gallicum. 1073

Alexius Comnenus poſt Eudotiã, Diogenem, Parapinaceum & Botoniatem, Imperator fit Conſtantinopoli.

Diſputationibus & armis, cuncta apud Germanos perſtrepunt turbulentiſſime.

Zacha Turcarum princeps.

Guni, Rutheni, ac Poloni ab Vngaris domantur.

Zolomerus Dalmatiæ }
Vuilhelmus Angliæ } rex.
Sanctius.2. Hiſpaniæ }

Colomannus Varadinenſis prim9

episco

epiſcopus,ſpreto ſacerdotio,rex fit Vngariæ.
Sub hac tẽpeſtate Rudolphus dux Sueuię,& deinde Heremannus Carinthiorum dux,reges in Germania contra Imperatorem verum, antichriſti impulſu declarantur.

6279 Ordo Canonicorum regularium exordium apud Beulacenſes habet. 1080

Poſt varios patriæ tumultus, Græci Tartaros in Thraciam excurrentes,edomant.

Victor tertius Romanus,papa vno anno ſedit. 1085

Bruno Colonienſis, Carthuſienſiũ ordinem in Gallia primum auſpicatur. 1086

Guilhelmus Hyrſaugienſis abbas, Sygebertus Geblacenſis monach9, Razes Pœnus medicus, Albucaſis chirurgicus,& Azarcheles aſtronomus florent.

Vrbanus ſecundus Romanus papa ſexageſimusſextus ſupra centeſimum,ſedit tredecim annis. Execrationem Gregorij contra Imperato 1087



Digitized by Google

ratorẽ, & Gibertũ hic cõfirmat etiã

6293 Concilium Claromontanum, in Auernia, de recuperanda terra ſancta celebratur. 1094

Ordo Celeſtinorũ, qui & ſancti Bernardi dicitur, initium ſumit. 1096

Nicolaus Daniæ octuageſimusprimus rex fit, qui tandem poſt plurimos motus, a ſuis occiditur.

Belzetus ſiue Belchiarock Turcarum dominus, a fratre Solimanſa debellatur.

Signa portẽtoſa in terra, ſole, ſtellis, & luna, vna cũ cometa horribili, hiſce tẽporib⁹ viſa ſunt mortalibus.

Ordo Ciſtertienſium in Burgundia ab Ardingo quodam excitatur. 1098

6298 Gotfridus de Bulion recepta Hieroſolyma, primus rex ibidẽ a Chriſtianis efficitur. 1099

Paſchalis .ij. ex Flaminia, papa ſedit decem & octo annis: Excommunicauit & hic quoq; bonum Imperatorem perfidioſe. 1100

Balduinus rex Hieroſolymitanus, 1102

ſecũ-

ſecundus poſt fratrem ſuum.
Anshelmus Cantuarienſis epiſcopus & doctor, Iuo Canonum interpres, Irnerius Legum profeſſor, ab Pſellus Medicus clarent.
6306 Hainrichus.v.filius quartus,dictus Iunior, Imperator Romanorum & Germaniæ, Cæſar .99.regnat annis viginti,deinde moritur orbus Traiecti,in ipſis ferijs Pentecoſtes. 1107

| | |
|---|---|
| Ludouicus Groſſ9 Frãcorũ | Rex. |
| Henrichus Anglorum | |
| Henrichus Scotorum | |
| Stephanus.II. Vngariæ | |
| Petrus Dalmatiæ | |

POloni diu negatum tributum, Germano Imperatori dare bello coguntur.
6309 Portugallia cœpit eſſe regnũ,quod primus Alphonſus deuictis Sarracenis gubernat. 1110
Papa Conciliabulum Lateranũ cõtra Imperatorem Germanicum cõgregat, in quo multa impia homo piur9 aduerſ9 Hainrichũ,et Epiſcopos ab ipſo factos,ſeditioſe ſtatuit. 1112

Caloio

Caloioannes Conſtantinopoli Imperator fit, qui Turcas & Perſas deuicit. 1117

Gelaſius ſecundus Caietanus, papa ſexageſimus octauus ſupra centeſimum, ſedit biennio fere. 1118

Balduinus ſecundus, rex Hieroſolymis tertius.

6319 Calixtus ſecundus Burgundus, papa ſedit quinq; annis: Hic demum epiſcoporum confirmationem omnino Cæſari & Germaniæ eripuit. 1120

Præmonſtratēſis ordo pullulat primum Norberto autore: Simul & milites de Calatraue Sanctio rege inſtituente. eodem

Balaach Parthorum
Bolezlaus .ij. Poloniæ
Ingo Suetiæ
Magnus Nortuegiæ
Goza Sarracenorum
} rex.

Factio Templariorum apud Hieruſalem oritur. 1122

Bernhardus Clareuallenſis abbas, Rupertus Thuicenſis, Hugo Pariſienſis, Haliabaſq; medicus, florent.

Mono-

Honorius.II.Forocornelienſis,papa
6325 CLXX.ſedit quinq; annis Romę 1126
Neapolitani & Siciliarū regni prin
cipium, Rogerius in Italia facit.
6327 Lutharius.II.ſiue Lutherus Saxo, 1128
Imperator Auguſtus C. regnat an-
nis vndecim,menſibus octo, ac in-
ter Brixienſes, Tridentinaſq; alpes,
ex peſtilentia deceſſit in autumno.
Sub hoc Cæſare, cœpit Europa de-
nuo iure ciuili ſcripto in iudicijs
paſſim vti.
Innocentius.II.Romanenſis,papa 1129
ſedit.14.annis: Percuſſorem clerici
hic primus excōmunicandū ſancijt
Fulco Hieroſolymorū.IIII.rex.
Ludouicus.VIII.poſt patrem eiuſ
dem nominis Galliæ rex.
Alphonſus.VIII.poſt Viracē Hi-
ſpaniæ rex.
Alaph Turcarum rex. 1137
Richardus de.S.Victore floret.
6338 Cunradus.III.Sueuus, Henrici.V. 1139
ex ſorore nepos, Franconiæ dux,
Romanorum & Germanorum Cæ
ſar,imperator quindecim annis:

L Obijt

Digitized by Google

Obijt apud Germaniam ac ſepelitur in Lorch.

Balduinus, Hieroſolymitanorũ.v. rex,ſub quo Iconia debellatur fruſtra a noſtris. 1142

Hildegardis monialis Teuthonica (fulget.

Sueno.iij.Daniæ rex.

Henricus.ij.Angliæ rex.

Stephanus.iij.Vngariæ rex.

Sanctius Portugalliæ rex.

Manuel.ij.imperator Conſtantinopoli ſceleratus,trigintaocto annis.

6343 Cæleſtinus.II.Tifernas,papa quinque menſium. 1144

Lucius.II.Bononiẽſis,papa clxxiij ſedit menſes vndecim. 1145

Auẽzoar,Auicẽna Cordubẽſis me.

Auerrois cõmẽtator & philoſoph⁹ impi⁹, Abrahã,Abeneſre aſtrologi florẽt,ac Baliardus peripateticus.

6345 Eugenius.III.Piſanus, papa octo annis fluctuauit. 1146

Gratianus Decretorum collector, Petrus Lombardus ſententiarũ magiſter, Petrus Comeſtor hiſtoriæ eccleſiaſticæ autor,& Otto Friſingenſis

ſis epiſcopus doctiſſimus, clarent.
Afri & Ægyptij, a Chriſtianis non vno loco ſuperantur.
Guilielmus poſt patrē Siciliarū. II. rex, is a papa Romano execrationibus deuotus primo eſt, poſtea tamē cum Grecos & Apulos vinceret, in gratiam receptus eſt iterum.
Thomas Cantuarienſis epiſcopus trucidatur, ſub Henrico. II. Angliæ & Scotiæ rege.

6352 Anaſtaſius. III. Romanenſis papa lxxv. ſupra centeſimū ſedit biēnio. 1153
Fridericus Sueuus, cognomēto Barbaroſſa, poſt patruū imperator. cij. regnat auguſtiſſime. 37. annis, et. 8. menſibus: tandē in Cicilia ſe lauans amne, ſuffocatus, in Tyrū ſepult⁹ eſt dum præter multas Aſiæ regiones Philomenā iam & Iconiā cepiſſet. eodem
Adrianus. IIII. Anglus, papa quinquennio fere ſedit. 1155
Vualdēſiū ſeu pauperū de Lugduno dogma, plurimi amplexātur.
Ioachim Magnus abbas Calaber ꝓpheta, Petrus bleſenſis, Meſue medi

cus, Alpetragius Marrocritanus aſtronomus, ſimul & Boſianus iuriſperitus florent.

6355 Bohemiæ ducatus regnum ab Imperatore Germanico fit, ſuſcipitq; dignitatē iam Vratislaus primo: alij id anno dñi. 1086. factũ autumant. 1156

Alexander. III. Senēſis, papa ſedit vigintivno annis: Hic Imperatorē excōmunicando vrbe pellitur, ſatis tamen ſuperbe collum Cęſaris poſt modum Venetijs preſſit. 1160

Guilielmus. ij. Siciliarum rex
Carolus Suetiorum rex
Almerichus Hieroſolymis rex

Mœſij & Valachi cum Græcis bella gerunt.

Syracinus ſiue Xaracon primus Ægypti, obtruncato Calipha, Sultanus fit.

6377 Balduinus. IIII. rex Hieroſolymorũ. vij. ordine, tandē leproſus fit. 1178

Alphonſus. 2. Portugalliæ. iij. rex

Philipp9. 2. a deo datus Frācię rex

Alphonſus. ix. Hiſpaniarum rex

Richaredus Anglorum rex.

Hoc

Hoc tẽpore multæ ciuitates in Germania partim ex nouo, partim ex villis ædificantur.

Valdimarus Danorum
Sobieslaus Bohemię.ij.
Tancredus Siciliæ.iiij. } rex
Bela.iij. Hungariæ
Iaymus Dalmatiæ

6360 Alexius poſt Iſaciũ Angelum Græcorum, imperator Conſtantinopoli poſt varios tumultus & proditions fit. 1181

Ordo Guilelmitarũ monachorum incipit.

Lucius.iij. Lucenſis, papa.lxxviij. ſupra cẽteſimũ, ſedit annis quatuor 1182

Hieruſalem & Syria a Saladino Ægyptiorum ſecundo Sultano capitur, ſub Guidone rege.viij. 1184

Vrbanus.iii. Mediolanenſis, papa biennio eſt. 1186

Liuonia ad Chriſti fidem conuertitur primum, a vicinis debellata.

Gregorius.vij. Beneuentanus, papa.clxxx. ſedit.57.diebus. 1188

Cretam ſiue Candiam inſulam, Ve

neti emerunt hoc primum æuo.
Cæſar Germanicus pacẽ vniuerſo
Romano imperio, in comitijs No-
rimbergę demãdat: quã ante etiam
Conſtãtię ſtatuerat promulgandã.
Clemens.III.Romanus, papa duo-
bus annis ſedit.
6389 Henricus. VI. Sueuus, Siciliæ rex 1190
poſt patrẽ ſuũ Auguſtus Cæſar.ciij.
regnat omnium ditiſſimus decẽnio
& obijt intoxicatus Meſſanæ, de-
cimo calendas Maij.
Celeſtinus tertius Romanus, papa 1193
ſedit annis ſex.
Teutonici domini ab Hẽrico Val- eodem
potẽ, Hieroſolymis cõtra infideles
pugnaturi primum conſcribuntur,
deinde ægrorum hoſpitales facti,
Pruſſiam obtinent.
Saphandinus Ægyptiorum ac Sy-
riæ Sultanus tertius.
6394 Cyprus inſula,regnum de nouo eſ- 1195
ſe ab Anglis incipit.
Ordo Cruciferorum in Italia exor- 1197
dium habet.
Innocentius.III.Anagninus, papa 1198



Digitized by Google

clxxxiij. ſedit annis octo & dece.

De confeſſione auriculari legito Origenem & Diuum Cyprianum de lapſis.

Azo Bononienſis iuriſperitus, Rogerius medicus, & Papias grammaticus florent.

6399 Philippus. II. Sueuus, Hetruriæ dux frater Henrici Cæſaris præcedētis, imperator. ciij. regnat poſt Bercholdum Zeringiæ ducem, competitorem ſuum nouem annis bellicoſiſſime, ac tandem Babenbergæ a Palatino Vuittelſpachenſi vndecimo calendas Iulij occiditur.

Balduinus Flandrenſis Comes, tranſtulit regnum Conſtantinopolitanū in Gallos, Venetorū auxilio.

Alſaharauius medicus, Hali aben Ragel aſtrologus, Ligurinus poeta Saxo grammaticus Sialandenſis hiſtoricus, vna cum Odofredo legū interprete florent.

6402 Dauid Perſa, vel Changius, ſiue Guyſcan, primus Tartarorum Cæſar fit.



Digitized by Google

Henricus poſt fratrem ſuum. ij. ex Gallis Græcorum imperator eſt.
Primiſlaus Bohemiæ. iij.
Canutus. vj. Danorum
Fridericus Siciliarum } rex
Ioannes Angliæ
Andreas. ij. Hungariæ
Landauium & Landzhuta, Bauariæ vrbes conduntur.
S. Franciſcus Aſiſius, primus mẽdicantes monachos ordinauit, quos vulgo Minores nuncupant. 1206
6408 Otto. iiij. Saxo, Brunſuicenſis dux, imperator. cv. Germaniæ & Romanorum, regnat annis quatuor: deinde tandem moritur in patria excõmunicatus & abrogatus. 1209
Conciliabulum Lateranum contra imperatorem Germanicũ celebratur, in quo & Pontifex Decretales ſuos ædit primum. 1210
Gazari, Patareni, Leoniſtæ, Almaricus Carnotenſis, & alij innumeri hæretici vigent.
6412 Fridericus. ij. Henrici. vj. filius. cvj. Cæſar πολυγλώττατος, regnat annis 1213

trigin

trigintaduobus,e quibus vndecim anathema papæ perpetuo ſuſtinuit: tandem in Sicilia dolo filij Rothi ſublatus eſt.

Milites S. Mariæ de redemptione captiuorum, in Arragonia principium habent.

Petrus Altiſiodorenſis ex Gallis.iij imperator Conſtantinopoli fit, ac demum a Theodoro Laſcari in cõuiuio obtruncatur. 1216

Honorius.iij.Romanenſis,papa ſedit annis tredecim,ac imperatorem quod Pontificis vſurparet ditionẽ, ſacris interdicere auſus fuit. 1217

Sarraceni ex Toleto & Cordubæ regno pelluntur.

6417 Dominicus Calaguritanus ordinẽ prædicatorum,itidem mendicantẽ, inſtituit. 1218

Hoccota Can.ij.impator tartarorũ

Beghardus hæreticus, Erphurdiæ igni traditus eſt.

Ferdinandus.iij.Hiſpaniæ rex

Cunradus Polonorum rex.

S.Ludouicus poſt patrem eiuſdem 1227



Digitized by Google

noĩs, in Francia regnat. 41. annis:
6429 Hieruſalẽ & Ioppe Christianis red 1230
ditę, à Cęſare Sueuico reſtaurãtur
Gregorius. ix. Anagninus papa. cv
ſedit tredecim annis: Mire hic ab
Imperatore Sueuico exagitatur,
propter tyrannidem qua eccleſias
in Germania premebat.
Orta ſeditione, Romani proprios
ſibi ſenatores contra pontificẽ cre-
ant calamitoſe.
Alkindus philoſophus & medicus
Brunus chirurgus, atq; chronogra-
phus Vrſpergenſis, florent.
Balduinus. ij. V. Gallorum impera 1240
tor ad Constantinopolim, ſub Ve-
netorum adminiſtratione.
Melechſala Ægypti Sultanus.
Memelinus Maurorũ in Africa rex
Græci Latinos e terra ſua eijcere
ſtudent vndiq;.
6442 Celeſtinus. iiij. Mediolanẽſis, papa 1243
ſedit decem & octo diebus.
Tartari Vngariam et Poloniam de
uaſtant, ac Ruthenos crudeliter de
populantur.

Inno

Innocẽtius.iiij. e Fliſco,pa.lxxxvij
ſupra centeſimum,ſedit annis vndecim,cũ ſedes Romana iam diu vacaſſet: Hic primus roſeum galerũ Cardinalibus cõceſſit,ac diu in Gallia metu cęſaris Germanici degit. 1244
Gino Can Tartarorũ.iij.Imperator ſub quo Batho Cæſar ſuperatis Scythis,Aſianis,ſedem regalem in Cathaio conſtituit.

6444 Imperator Auguſtus deponitur,vacatq; imperium Romanum vigintiocto annis calamitoſe. 1245
Sub hoc tempus Henricus Turingiæ Lantgrauius, Guilielmus Hollandiæ princeps, Richardus regis Anglorum frater, Alphonſus.x.(q tabulas aſtronomicas cõdidit) Hiſpaniarum rex: Itẽ & Cunradus Friderici.II. filius vltimus Sueuię rex &c. Cæſaream apud Germanos ambiunt dignitatem.

Accurſius gloſſ.iuris,Cõpoſtellan⁹ & Oſtiẽſis decretaliũ illuſtratores, Bertruci⁹ medic⁹, Vincẽtius prędicatorũ hiſtoric⁹, Alexãder de hales 1250

minorita, Alexander Gallus de vil la dei grammaticus florent, ac ſanctus Stanislaus epiſcopus. 1255

Alexander.iiij. Anagninus, papa ſexennio ſedit inter Guelphos & Gibellinos.

Mango Can Tartarorũ. iiij. Cæſar.

Piſani & Genuenſes, Venetias obſident deprędanturq́.

Ordo Eremitarum S. Auguſtini fundatur. 1258

6459 Michaël Palæologus, pulſis e Conſtantinopoli Gallis, imperator fit Gręcorum, Genuenſium auxilio. 1260

Aytonus Armeniæ rex.

Bela.iiij. Vngariæ rex.

Manfredus Siciliæ, Ottockarus Bohemiæ, Iacobus.ij. Arragonum: rex

Vrbanus.iiij. Gallus, papa triennio hic inſtituit primus feſtum corporis Chriſti. 1262

Genuenſes, Piſani ac Veneti orta inter eos contentione, Ptolemaidã ac Tyrum, quas diu poſſederant, amittunt nunc.

Ele

Digitized by Google

Clemens.iiij. Narbonenſis, papa.cxc ſedit annis tribus, ac ante epiſcopatum vxorem habuit & liberos.
6464 ... 1265

Albertus Magnus philoſophus, Thomas Aquinas, Bonauentura Hoſtienſis ſophiſtæ, & Petrus Hiſpanus florent.

Cobila Can.v. Tartarorum magnus imperator.

Banducar, vel Bendagarus, Ægypti & Aſſyriorũ Sultanus, cæſis Chriſtianis, Armeniam & Antiochiam expugnat. 1267

Philippus.iij. Franciæ rex.

Eduardus.iiij. Anglorum
Theobaldus Nauarræ } rex
Dionyſius Portugalliæ.vj.

Gregorius.x. Florẽtinus, papa quadriennio eſt Romæ. 1270

Lugdunenſis Synodus celebratur, in qua Græci cum Latinis denuo de fide concordant. 1271

Scoti ab Anglis vincuntur.

6472 Rudolphus Habſpurgenſis Comes penultima tandem Septẽbris imperator Germaniæ & Romanorum 1273

Digitized by Google

rum eligitur, eſtq; vero ordine. cvij Cæſar: Moritur in Elſatiæ oppido Gemersheim, regni ſui decimonono anno, Iulij decimaſexta die.

Innocentius. V. Burgundus, papa ſex menſium. 1274

Adrianus. V. e Fliſco, papa quadraginta dierum. 1275

Ephren Græcus Conſtantinopoli, & Ptolemæus Lucenſis in Italia hiſtorias ſcribunt.

Ioannes. XXI. Vliſipponenſis, antea medicus (qui in ea arte librum, quem Theſaurum pauperum vocant, ædidit) ſedit papa octo tantum menſibus. 1276

Nicolaus. iij. Vrſinus, papa. xcv. ſupra centeſimũ, ſedit quatuor annis. 1277

Argentoratenſis illa memorabilis altiſſimaq; turris, hoc æuo cõdi primum cœpit.

6481 Martinus quartus Turonenſis, papa itidem quatuor annis. 1281

Guilielmus Placẽtinus, Taddæus medici, Guido Bonatus aſtrologus & Burgardus monachus, terræ ſan-



Digitized by Google

ctæ peragrator nouus floret.
Philippus pulcher Galliæ rex.
Ladiſlaus. III. Vngariæ rex.
S. Venceſlaus Bohemiæ rex.
Carolus. II. Siciliarum rex.
Sanctius. iiij. Hiſpaniarum rex.
Iacobus Dongianus Arragonũ rex
Tangoder Tartarus, legem Mahumetanam primus apud ſuos amplexus eſt, is Babyloniam ſuperat, Armeniorum ope.
Sopita Comitum Sueuiæ aduerſus imperatorem conſpiratione, Piſani, Lucenſes, & Florentini debellantur a Germanis.
Ordo ſeruorum beatę Marię, incipit a mercatoribus Florentinis. 1285
Melchſaith vel Elſius Ægypti Sult.
Carmelitarũ ordo cœpit primũ ab Alberto patriarcha Hieroſolymit. 1286
Honorius. iiij. Sabellus, papa. xcvij ſupra centeſimũ, ſedit vnico anno. 1287
Nicolaus quartus Aſculanus, papa quatuor annorum. 1288
Sarraceni Chriſtianos in Syria perſequuntur.

Adol

Digitized by Google

6491 Adolphus Comes de Naſſano, Cæſar.cviij.regnat ſex annis,atq; in agro Spirenſi prælio occubuit,ſexto nonas Iulij. 1292

Celeſtinus.v.Eſernienſis, papa ſex menſium : Hic primus ſeſe pontificatu abdicat vltro. 1294

Dinus Mugellanus decretiſta, & Lanfrancus chirurgus florent.

Bonifacius.viij. Anagninus, papa cc.ſedit annis octo. 1295

Andronicus imperator Grecorum

Iacobus quidam primus Sardiniæ rex, a papa creatur contra Piſanos. 1298

Sub hoc tempus Bonifacius pontifex librum ſextum Decretalium cõponit, primumq; Iubileum Romæ celebrare incipit.

6498 Albertus Vnoculus Auſtriæ dux, Rudolphi Cæſaris filius, imperator Germanorum.cix. regnat annis.x. atq; a fratris filio apud Vindoniſſam in Heluetia calendis Maij interficitur. 1299

Fratricellorum hæreſis,in Italia turbat omnia.



Digitized by Google

Ottomannus. I. Turcarum impera- tor fit in Natolia. 1300

Henricus de Gandauo, Alanus do ctor vniuerſalis, Arnoldus de villa noua, Gordonius, Mundinus me- dici, Scotus ſophiſta, ac Dantes poë ta florent.

6500 Tamor Can. vj. Cæſar Tartarorum in Cathaio, ſub quo Caſſanus noſtræ Tartariæ, quoque alius imperator Syriam deuaſtat. 1301

Benedictus. xj. Tauriſinus, papa oc to menſibus ſedit. 1304

Seraph ſiue Melcnaſſer Ægypti Sultanus.

Clemens. v. papa. ccij. ſedit octo an nis: Hic quod Vaſco eſſet, tranſtu- lit cathedram pontificiam in Galli arum vrbem Auinionem. 1305

6505 Hac tempeſtate cœpit primũ Suit- zenſium nomen, & confœderatio in Heluetia Germaniæ libera pro- uincia, autore Stoeffachero. 1306

Angli Gallos bello nauali apud Flandriam ſuperant, ac Scotos quo que ſuperant.



Digitized by Google

6507 Henricus. VII. Lucenburgenſis, rex Bohemiæ. CX. Romanorum et Germaniæ imperator, regnat quinque annis, & nouem menſibus. 1308
Templariorum ordo, funditus ob inaudita ſcelera extirpatur.
Milites Rhodij ſancti Ioannis Baptiſtæ, initium habent ab occupata Rhodo inſula. 1310
Fridericus Sardiniæ. II. rex.
Viennenſe conciliabulum trecentorum epiſcoporum celebratur, in quo papa librum Clementinarum ædidit in Gallia. 1311
Cęſar Germanicus de crimine leſę maieſtatis, & rebellibus leges fert, quas extrauagantes vocant.
Andronicus Iunior Græcorum imperator, Genuenſium auxilio auũ ſuum regno deturbat.

Liuonus Armeniæ
Cazimirus Poloniæ
Ludouicus Huttinus Galliæ } rex.
Eduardus. VI. Angliæ
Petrus Portugalliæ

6513 Ludouicus. iiij. Bauarus. cxj. Germaniæ 13[illegible]

mania & Romanorum Cæſar, regnat annis trigintatribus, e quibus octo priores cũ Friderico Auſtrio pro imperio decertat, tandem triũ pontificum banno execratus, magnanimus hic princeps, apud Vueilhaim in venatione quinto idus Octobris ſubito moritur.

Ioannes. xxij. Gallus, papa ditiſſimus ſedit Auinione decẽ & nouẽ annis: Hic imperatorẽ eccleſiæ hoſtem iudicat, & ſacris interdicit. 1317

| | |
|---|---|
| Alphonſus. xj. Hiſpaniarum<br>Martinus Arragonum<br>Philippus longus Galliæ<br>Iacobus. II. Scotorum<br>Carolus Hungariæ | rex. |

Rainerius, Lampertus de Ramponibus, Io. Andreæ iuriſperiti, Petrus Apponius conciliator, Varignana, Platearius medici, Lullius alchimyſta, Franciſcus Maronis, Nicolaus de Lyra, & Guilielmus Occham, hoc tempore claruerũt. 1326

Scoti Angliam vaſtãt & capiunt, ac Syri Armeniam.



Digitized by Google

Carolus pulcher Galliæ
Ioannes Bohemiæ.x. } rex
Robertus Siciliarum.xij.
Petrus Corbarienſis pontifex.
6527 Philippus Valeſius, trium ſeſe regū patruelis frater, Galliam regit vigintitribus annis. 1328
Caſſanus Can Tartarorū imperator
Orchanes Turcarum.ij.imperator.
Dulcinus & Durandus hæretici habentur.
Benedictus. xij. Toloſanus, papa ſedit octo annis in Auinione. 1336
Cinus, Paulus Peruſinus legiſtę, Olradus, Matthęus Syluaticus, Nicolaus Rhegio medici, Franciſcus Petrarcha poëta, & S. Rochus infans ex Montepeſſulano florent.
Clemens.vj. Lemonicenſis, papa ccv. ſedit annis.x. Hic iubileum in quinquaginta annos reduxit. 1343
Saxones in Tranſſyluania tumultuantur.
Archigrammateus quidam, Romæ ſeſe tribunū Auguſtū denoīare, ac ꝓ imperatore gerere publice audet

Andre

Andreas Apuliæ & Siciliarum rex ab vxore dormiens, ſtrangulatur.
6546 Carolus.iiij.Lucenburgenſis, Henrici.vij.nepos & Bohemię rex.cxij Cæſar, poſt Guntherum de Suuartzenburgo Fridericum Myſnię marchionem, & Eduardum Angliæ regem, deſignatos Romanorum imperatores, regnat trigintavno annis, octoq; menſibus: Pragæ moritur. 1347
Ludouic9 Polonię & Vngarię rex.
Ioannes.ij.Franciæ.lj.rex.
Recupertus, Lapus, Bartholus legum illuſtratores, Gentilis Fulginas, Dinus de Garbo, & Truſian9 plus q̃ cõmentator, medici floręt.
Innocentius.vj.Hiſpanus, papa ſedit decem annis in Auinione. 1352
6556 Ordinatio ſacri Romani Imperij, quam vocant Auream Bullam, a Cæſare in comitijs Norimbergæ Germanis conſtituitur. 1357
Angli victis Francis, Galliam fere totam occupant.
Ordo ſ.Brigittę in Suetia inchoatur 1360
Vrbanus.V.Lemonicenſis, papa 1362



Digitized by Google

covij.ſedit nouem annis.
Ioannes Catacuzenus, Græcorum imperator ex tutore fit.
Melchella Ægypti Sultanus.
6562 Amurates Turcarũ. iij. imperator: hic prim⁹ in Europã claſſę traiecit 1363
Petrus Hiſpaniæ }
Ianus Cyprienſis } rex.
Ioannes nothus Portugalliæ }
Studium vniuerſale in Vienna Auſtrię, ab Alberto duce ibidem fundatur primum in Germania. 1365
Albergothus, Baldus, & Angelus iuriſperiti, Guido Cauliacus chirurgus, Maximus Planudes monachus Græcus, Ioannes de Lineriјs mathematicus, Ioannes Bocatius florent, & Henricus de Haſſia.
Secta monaſtica Iheſuatorũ incipit 1366
Bulgari contra Thraciã dimicant.
Gregorius.xj. Lemonicenſis, papa ſeptem annis: hic Romanis ſedem papalem reſtituit. 1371
Caloioannes Palæologus Grecorũ imperator, Genuenſibus Mitylenẽ cum Lesbo donauit, ob reſtitutionem

nem ſui in regnum.

Magnus Suetiæ }
Ludouicus Siciliæ } rex.
Aquinus Nortuegiæ }

Valdimarus.ij.Daniæ rex.

Henricus.v.Angliæ rex.

Germani ſeſe inteſtinis bellis crudeliſſime diu proſcindunt.

6578 Wenceslaus Caroli prædicti filius, cxiij. imperator Cæſar Germaniæ Romanorũq́;,regnat.8,annis cũ patre(qui ipſum viuẽs ingẽti pecunia ſed malo poſterũ exẽplo coronari fecit)ac tandẽ ſolus ignauiſſime gubernat.22.annis: Vltimo apoplexia apud fratrem in carcere perijt. 1379

Vrbanus.VI.Neapolitanus, papa vndecim annis ſedit. 1385

6585 Paiazites Turcarũ.iiij.impe.hic totam Gręciã,ac Theſſaliam cepit. 1386

Ioãnes wickleſius in Anglia, ac Catharina de Senis in Italia fulgẽt.

Academia apud Coloniã agrip.fundatur primũ,ſimul ac Erphurdiæ. 1390

Clemẽs.vij.antipapa Auinionis eſt.

Bonifacius.ix.Neapolitanus,papa

ccx. ſedit tredecim annis Romæ.
Tormenta Bombardarum, hac tem peſtate a monacho quodam Germanico ingenioſo, reparantur.
Gerſon theologus, Nicolus Florentinus, Iacobus Foroliuienſis medici, & Ancoranus legum conſultiſſimus florent.

Tamberlanes Tartarorum Cæſar bellicoſiſſimus, qui Turcas vicit & Ægyptum.

6593 Celapinus imperator. v. Turcarũ, q imperiũ Trapezontinũ cepit. 1394
Ioanna Siciliarum regina.
Chriſtiani apud Nicopolim, a Turcis deuicti ſunt inſigni pugna.
Eduardus Portugalliæ rex.
Henricus. iij. Hiſpaniarum rex.

Carolus. vj. Galliæ
Henricus. v. Angliç
Iacobus. iiij. Scotiæ } rex.
Sigiſmundus Vngariç
Vladislaus Poloniæ

6600 Rupertus Palatinus Comes Rheni cxiiij. Romanorum & Germaniæ imperator, regnat decem menſibus 1401

annisq;

anniſq; nouem, poſtea in Oppen-
heim q̄ pacifice obijt.
Moyſes Turcarnm. vj. imperator
qui Parthos deuicit.
Emanuel Palæologus Græcorum
imperator.
Innocentius. vij. Sulmonenſis, pa- 1407
pa biennio ſedit.
Ordo Montoliuetenſiū monacho- 1408
rum fundatur.
Salicetus legum interpres, ac Chry-
ſoloras Gręcarum literarum reſtau
rator florent.
Benedictus. xiij. papa ſchiſmaticus
Auinionis.
Gregorius. xij. venetus, papa. ccxij 1409
ſedit duobus annis.
Rutheni auxilio Tartarorū, Theu
tonicis dn̄is atrox bellū inferunt.
Mahumetes Turcarū impe. vij. qui
Seruiā & Vulachiam cepit.
6609 Sigiſmundus Cæſaris Vuenceslai 1410
frater, Marchio Brandenburgenſis
primo, deinde Vngariæ & Bohe-
mię rex, imperator Germanorū ele-
ctus. ix. ordine. cxv. Auguſtus, reg

nat annis vigintiſeptẽ: tandẽ in Mo
rauia ſeptuagenarius moritur.
Alexander quintus Cretenſis, papa 1411
octo menſium.
Iacobus Angelus Florentinus ma-
thematicus floret.
Vngari cum Gallis de regno Nea-
politano pugnant.
Ordo ſeruatorũ monachorũ incipit
Ioannes. xxiij. Neapolitanus, papa 1412
quatuor annis Romæ.
Synodus Conſtantienſis in Sueuia
quadriennio celebratur, in qua Io-
annes Huſs, & Hieronymus de
Praga heretici, necantur.
Vitoldus dux Lituaniæ rex effici-
tur, & Chriſti fidem ſuſcipit primo,
cui Suidrigalus ſucceſſit.

Martinus quintus Columnenſis 1417
abrogatis tribus alijs, papa ducen-
teſimus decimusquintus ab vniuer
ſo concilio creatur: ſedit annis qua
tuordecim.

Ioannes Palæologus Grecorum
imperator.

Petrus

Petrus de Alliaco Cameracẽſis car dinalis, Antonius de Butrio iureconſultus, Valeſcus, Montegnana medici, Leonardus Aretinus, et Pogius florent.

Ioannes dux Burgundiæ in principum regni Franciæ conuentu Monſteriodi celebrato, necatur iniuſte, anno. 1419. 1419

6621 Amurates. II. Turcarum. viij. Imperator: hic deuicto ad Varnam Vngarorum rege Ladislao, vſq; in ſeptem caſtra penetrat. 1422

Bohemi a Germanis debellantur ob fidem.

Academia Louanienſis in Brabantia, a Ioanne duce Burgundiæ inſtituta, a Martino quinto Pont. Rom. confirmatur. 1426

Eugenius. iiij. Venctus, papa ſedit annis ſedecim, ſubq; ipſo Pontificum pedes exoſculari vltro cœpere Cæſares. 1431

Bellum ſeruile cõtra regem in Vngaria excitatur.

Rocke

Digitized by Google

Rockezan & Zitzka florent in Bohemia, atq; Bernardinus minorita in Italia.

6637 Albertus.ij. Auſtriacus, Vngariæ, & Bohemię rex, poſt ſocerũ. cxvj. Cęſar biennio eſt: Deceſſit dyſenteria in longa villa prope Albam Vngariæ ſexto calendas nouembris. 1438

Concilium Baſilienſe congregatur & durat decem annis. 1438

Felix.iiij. Sabaudiẽſis pontifex creatur Baſileę.

Chriſtophorus Bauarię dux, fit rex Danorum, poſt Ericum.v.

Fulgoſius & Ioannes Immolenſis iuriſperiti, Guainerius, Hugoq; Senenſis medici, Blondus hiſtoricus, Laurẽtius Valla latinæ linguę vindex, Palmerius, Trapezontius, Mapheus Vegius, Gregorius Tyfernas: Item Gazulus & Ioannes Gmundenſis aſtronomi, hoc tempore clari habentur.

6639 Fridericus.iij. Auſtriacus Germanorum & Romanorum imperator, ordine.cxvij. Cęſar, regnat quinquaginta 1440

Digitized by Google

gintatribus annis, & quinqꝫ menſibus. Obijt ſenex in oppido ſuo Lintz, ſeptimo idus Septembris.

Armenij & Indicum Romana Eccleſia in cõcilio Florẽtino vniũtur. 1441

Heluetij poſt inteſtinos tumultus Armoriacos Gallos, ex Germania fugant.

Nicolaus.v. Lunenſis, arte medicꝰ, papa.ccxvij. ſedit vinoſus.8.annis 1447

Conſtantinus Palæologus vltimus Græcorum chriſtianus imperator.

Mahumetes Magnus Turcarum.ix imperator, qui Conſtantinopolim & Capham cepit, ac Hydruntum in Italia expugnat. 1450

6651 Ioannes Fauſtius primus Calcographiam, ſiue artẽ imprimendi libros, Moguntię in Germania adinuenit. 1452

Calixtus.iij. Valentinus, papa ſedit tribus annis. 1455

Georgius Scanderbecus Epiri Albaniæqꝫ dominus, & Capiſtranus mocachus florent.

Meſſeraphus Ægypti & Arabiæ Sultanus.

Pius

Pius.ij.Senenſis, papa ſedit ſexennio
6657 hic ſanciſt ne quis a pontifice ma- 1458
ximo ad concilium adpellaret vn-
quam, propter Theologos Vien-
nenſis ſcholæ.

Beſſarion ac Cuſanus cardinales, Ludouicus Pontanus, Paulus Ca-ſtrenſis, Antonius Roſellus legiſtæ, Cermiſonus, Sauonarola, Barzizius medici, Peurbachius, Blanchin⁹ aſtronomi, Argyropolus, Philelphus & Perotus florent.

Factiones albæ & rubræ roſæ, Angliam quaſi deſolatam reddunt.

6663 Paulus.II. Venetus, papa.ccxx.ſe- 1464
dit ſex annis: ſub hoc res pontifica
lis magnam inclinationem facere
cœpit.

Zuchaim Æthiopię ſuperioris rex.

Iacobus vltimus Cypri rex, antea præſul Nicoſienſis, poſt quem inſula Venetis dolo ceſſit.

Philippus dux Burgundię vir pace 1467
& armis clarus, moritur Brugis.

Ordo Minimorum Ieſu Marię pul 1470
lulat primum.

Sixtus

6670 Sixtus.iiij. Sauonenſis, papa libera-liſſimus tredecim annorum: hic iu- 1471
bileum ad vigintiquinque tantum
annos reduxit.

Hoc æuo Gymnaſia liberalium ar-tiũ Ingolſtadij, ac Tubingæ in Germania, ſicuti & antea paulo apud Baſileam Friburgumque, fundantur.

Dyoniſius Rykel alias de Leeuuio natione Theuto, ordinis Carthu. in diuinis ſcripturis ſcriptor ſtudioſiſſimus: obiit. 1471.

Aſambecus qui & Vſſuncaſan Parthorum, Armenię, Medorũ, & Meſopotamię rex Perſas vincit.

Sorochus Tartarorum
Hiemſal Babyloniæ
Abrahamus Cilicię vltimus } rex
Lazarus Seruiæ
Ioannes Roxolanorum

Ludouicus.xj. Galliæ rex.
Mathias Vngarię & Dalmatię rex
Henricus.vij. Anglorum rex.
Ferdinandus quintus Hiſpaniæ & Siciliæ rex.

Chri-

Digitized by Google

Chriſtiernus Danię & Nortuegiæ (rex
Henricus Nauarræ rex.
Alphonſus Arragonum rex.
Alphonſus.v.Portugalliæ rex.
Iacobus.vj.Scotorum rex.
Vladiſlaus Polonię et Bohemię rex
Carolus dux Burgundiæ bellicoſiſſimus, Ludouicum.xj.Francorũ regẽ cepit & Leodiũ duxit.an.1477 1477
6680 Paiazites, interfecto Zeliabo, et pulſo Amurate, Turcarũ decimus imperator fit: Hic ſubiugata omni Męſia, per Styros in forum vſque Iulij excurſiones facit. 1481
Innocentius.viij. Genuenſis, papa guloſiſſimus, octo annis ſedit. 1484
Clarent hac tempeſtate Ioannes Picus Mirandulæ comes, Barbatia iureconſultus, Georgius Valla, Arculanus, Manfredus medici, Ioannes de Regiomõte mathematicus, Hermolaus Barbarus, Politianus, Gaza, Platina, Sabellicus, Lætus, Marſilius Ficinus, Aldus Manutius, & cæteri viri doctiſſimi.
6685 Maximilianus Friderici imperatoris 1486

ris

ris filius, rex Romanorum eligitur Francofurdiæ.xvj.Februarij die.
Nicolaus eremita Helueticus ſumma abſtinentia, & Hieronymus Sauonarola monachus, ſpiritu prophetico choruſcant.
Sarraceni ex Granatæ regno, & tota Bethica Hiſpania eijciuntur.
Alexander.VI. Valentinus, papa ſedit vndecim annis. 1492
Ingens ſaxum de cœlo ſudo, ſeptima Nouēbris apud Enſiſheim Elſatiæ oppidum cecidiſſe fertur.
Inſulæ quędam in Oceano, antiquioribus ignotæ, hoc æuo veluti nouus orbis ab Americo Veſputio primum, & deinde a Chriſtophoro Columbano illuſtrantur.

6692 Maximilianus Auſtriacus Burgundię dux.xxiij. Germanię et Ro. electus Cæſar, regnat cum parente ſuo trigintaduobus annis.x.menſibus, atq; vigintiſex diebus: ſolus tamen q̄ prudentiſſime orbi præfuit xxvj annis: tandē ſexagenarius torminibus moritur in Vels prid. id. Ia. 1493

Inaudita lues, vulgo morbus Gallicus dicta, nũc primũ tẽporis mortales tota Europa inficere occipit.

Tartari in Polonia tumultuantes trucidantur.

Sozinus & Iaſon iurecõſulti, Alexãder Benedictus, Antonius Beniuenius medici, Ioannes Nauclerus, Raphael Volaterranus, Robertus, Ganguinus hiſtorici, Rodolphus Agricola, Ioãnes Iouianus Pontanus, Petrus Crinitus, Stephanus niger, Fauſtus Andrelinus, Carteromachius, Codrus Vrcæus, & Beroaldus florent.

Heluetij cũ Rhetis belligerãtur. 1499

6702 Pius.iij.Senenſis, papa.ccxxiiij. ſedit ſolum triginta diebus. 1503

Præſto Ioannes Indorum Æthiopiæq́ pontifex, & imperator potentiſſimus.

Ludouicus.xij.Francorum rex.

Alexãder Poloniæ & Bohemiæ rex

Emanuel Portugalliæ rex.

Ioãnes Daniæ et Nortuegiæ rex.

Philippus Germanus Hiſpaniæ rex

Ladis

Ladiſlaus ſeptimus Hungarorum rex.

6702 Iulius. II. Ligur, papa bellator decennio ſedit. 1503

Cunradus Celtes primus German⁹ poëta a Cæſare laureatur.

Ioannes Reuchlinus Phortzenſis, Hebraicam linguam Latinis reddidit. 1506

Veneti a Cęſare, Papa, & Gallo debellantur.

Iſmaël Sophi Perſarū, Armeniæ & Hyrcaniæ rex, factus Chriſtianus, Turcas bello ſuperat.

Cometes ingens aliquanto tēpore occidentem verſus viſus eſt, haud paulo poſt tempore Philippus Hiſpaniarū rex in Hiſpania interijt. 1507

Miſeranda a Geldris Franciſcq; direptio fit in Turnhout cæteriſcq; cāpeſtris Brabantiæ pagis, ac rurſus ſubſequenti anno in Thenis oppido lociſcq; finitimis non minor deuaſtatio ab iiſdem, verum in reditu hi populatores a Namurcenſib. proſtrati ſunt.



Digitized by Google

Zelimus Turcarum vndecimus im
6711 perator, qui Ægyptum ſubiugauit 1512
ac Syriam.

Leo decimus Florentinus, papa vi 1513
geſimusſextus ſupra ducenteſimū,
ſedit octo annis.

Mediolanum a Gallis captum. 1515

Franciſcus Sickingen. Vuormatiā 1516
oppugnat.

Eraſmus Roterodamus teſtamen- 1518
tum nouū Græce & Latine reſtitu
it, Germaniamq; literis humaniori-
bus adornat.

Sub hoc tempus Antonius a Pra-
to Titu. Sanctæ Anaſtaſiæ Cardi-
nalis, apoſtolicæ ſedis a latere Le-
gatus, Senonū archiepiſcopus, Gal
liarum & Germaniȩ primas, Albigi
orum epiſcopus necnon inclytiſſi-
mi Franciȩ regis, ac regni ſummus
Cancellarius, multā in Reipub. trā
quillitatē & augmentū, necnon &
literarum promotionem, pręclariſ-
ſima edit facinora.

Martinus Lutherus, cęteriq; ęius fa
rinæ homines ſub hoc tēpus ad ſcri

bendum

Digitized by Google

benedictum excitantur, & vnicã Chri
ſti Eccleſiam factione hęreſeos per
turbant.
Maximilianus Cęs. Aug. deceſſit.
Carolus quintus Auſtriacus Hiſpa
6718 niarum & Siciliç rex, Maximiliani 1519
Cæſaris nepos, Romanorũ ac Ger-
maniæ. CXV. imperator Auguſt.
decimooctauo die Iunij Francofor
diæ declaratur.
Hulderichus Vuittenbergen. Dux 1520
regno bis pellitur, primum ad Gal
lorum regẽ, deinde ad Heſſię Lant
grauium fugit, verũ illuſtriſſimus
Romanorum rex Ferdinandus illi-
us ditionem ex decreto Electorũ
German. occupat.
Solimanus Turcarum. xij. impera- 1521
tor: Hic cepit Albam Græciã, Rho
dum, & Budam cũ rege Ludouico
Lutherus in comitijs Wormatiæ au
ditus.
Ferdinandus Hungariæ & Bohe-
mię rex, Annam regis Hungariæ fi
liam duxit vxorem.
Ludouicus Hungarię rex, matrimo


Digitized by Google

nio ſibi adiungit Mariam Caroli.V. imperatoris & Ferdinandi regis ſororem.

6721 Adrianus ſextus Traiectenſis, papa ferme biennio. 1522

Sub eodem Pontifice Rhodos a Turcis capitur.

Sub hoc tẽpus florent Budæus, Zaſius, Alciatus iuriſconſulti, Leonicenus, Copus, Linacer, Manardus medici, Iacobus Stapulenſis, Stophlerinus, Huttenus, Rhenanus, Auguſtinus Niphus, & reliqui innumeri per omne diſciplinarum genus q̃ eruditiſſimi homines.

Henricus et Ioannes Buſcoducen. fratres ordinis S. Auguſtini, Bruxellæ ob lutheranum dogma, primi mortem obiere, igni traditi.

Antuerpiæ monaſterium S. Auguſtini eiuſdem dogmatis cauſſa euertitur.

6722 Clemens ſeptimus Florentinus, papa ducenteſimus vigeſimus octau9 ſedit annis vndecim. 1523

Franciſcus. I. Francorum rex.

Ferdi-

Ferdinandus Hungariæ & Bohemiæ rex.
Henricus.viij. Angliæ rex.
Goſtauus Suetię & Gothorũ rex.
Sigiſmundus Poloniæ rex.
Iacobus.vij. Scotiæ rex.
Ioannes.iij. Portugalliæ rex.
Fridericus Daniæ & Suetię rex.
Phryſij poſt varia diutinaq; bella a noſtris delaſſati, tandẽ Cęſariæ maieſtati colla ſubmittere coacti ſunt, Gruningenſibus vero Gelderorũ duci ſe dedentibus.

Franciſcus Sickingen quum Treuerensis episcopatũ armis inuaderet, a Philippo Lantgrauio Heſſiæ, vna cum Treuerenſi Epiſcopo in arce Nanſtal bombardę ictu interijt. 1523

Franciſcus id nominis primus Gallorum rex, apud Papiam a Cæſarianis prælio victus, captuſq; in Hiſpaniã ad Cæſarem ducitur. 1525

Ruſticorum factio, per Germaniã paſſim tumultuatur, ac tandem cæduntur ad ter dena millia.

Thomas Muntzerus, eius factionis propheta, atq; Anabaptiſtarum hæreſeos fundator, a Ducibus Saxoniæ captus, occiditur.

Ioannes œcolampadius Baſileæ, & Vlrichus zvinglius Turegij ſacramentariæ hæreſeos anteſignani, dānatam Berengarij & Caroloſtadij opinionem, ſcriptis libris cæcutiēti mundo obtrudunt.

Ludouicus Vngariæ rex a Solimano Turcarum imperatore prælio victus occiditur. 1526

Hagacomitis in Hollandia a Geldris diripitur.

Imperator Cæſar Carolus. V. accipit in vxorem Iſabellam Luſitaniæ regis ſororem.

Roma a Cæſarianis capta diripitur Carolo Borbonio, eorū duce, ænei tormenti ictu occiſo. 1527

Vtraiectenſis vrbs eiuſq; ditio tota ſeſe in noſtrum dedidit imperium, annuente id Henrico Palatino comite eorū pontifice, qui certis pactionibus acceptis pontificiæ iuriſdictioni



Digitized by Google

ctioni ceſſit.

Vbi cum Geldris annos iam ſupra triginta varijs cladibus hincinde datis acceptiſq; belligeratũ eſt, poſtremum in Tylenſi obſidione confœderatio inita eſt cũ Geldrorum principe, adſentiẽtibus præcipuarũ ciuitatum magiſtratibus, qui eã ditionẽ perpetuam fore iureiurando, dato, confirmarunt, certiſque conditionibus obſignarunt. 1528

Peſtifer morbus, ſudorẽ Britanicũ vocant, multas vtriuſq; Germaniæ ac Belgarũ regiones peruadit pluri mis vndique mortalibus inopinato illius veneno intra vigintiquatuor horas peremptis. 1529

Buda Pannoniæ a Solimano Turcarum imperatore capitur.

Viẽna Auſtriæ ab eodẽ obſidetur.

D. Margareta Cæſaris Maximiliani filia, Archidux Auſtriæ, Dux & Comes Burgundiæ, inter Carolum quintũ Cæſarem, nepotẽ, & Franciſcum primum Gallorum regẽ, Cameraci (vbi rex cum matre aderãt)



Digitized by Google

pacem conciliat.
Imperator Cæs. Carolus. V. ex Hiſpaniis in Italiam venit.
Carolus Cæſar Bononiæ a Clemēte ſeptimo Pontifice maximo imperii coronam accipit, inde in Germaniam: deinde ad Belgas ſe conferens.
Roma: Tiberis alluuione miſerrime adficitur, in quo diluuio per circumiacētes regiones plus minus duodecies mille homīes interiſſe perhibentur, ea autem clades facta eſt die octauo Octobris.
Porticus (nouā burſam vulgo vocāt) Antuerpię cōſtrui cœpta eſt.
Pridie calen. Nouemb. ingens oceani inundatio facta per Hollandiā, Zelandiam, Flandriam & Brabantiam, Antuerpiā vſq;, non ſine incredibili cum hominū, tum iumentorum ſtrage, earumque regionum diſpendio.
Ingens cometes per tres hebdomadas, ſub veſperam ad occidentem viſus. 1531.

Tumul

Tumultuantib. Heluetijs, Vlrichus Zuuinglius Tigurorũ prædicator, Tiguris ter prælio victis ac fuſis, inter media arma magiſter cum diſcipulis occubuit.

Cantuarieſis archiepiſc. Cardinalis Anglicanus totius Anglici regni ſummus Cãcellarius captus interijt.

Diua Margareta Cæſaris amita, Belgarum gubernatrix laudatiſſima, calend. Decembris Mechliniæ moritur.

Diuam Leonoram Caroli Cæſaris ſororem vna cum liberis ex Hiſpanijs profectam in vxorem accipit Chriſtianiſſimus Francorũ rex Franciſcus eius nominis primus.

6730 Ferdinandus a fratre Carolo rex Romanorum Aquiſgrani. xij. Ianuarij conſtituitur. 1531

Turca iterum innumerabili exercitu Viennæ capiendæ cauſſa in Auſtriam reuerſus. 1532

Cæſar ex Belgis in Germaniam redit.

Maria regina Ludouici regis Hungariæ

gariæ vidua, Cęſaris ſoror, mulier et animo & prudentia ſumma, Belgicarũ regionũ regimini præficitur.
Ingens cometes per tres hebdomadas, ante ſolis ortũ ad orientẽ viſus.
Noua oceani inundatio poſtridie calen. Nouemb. qua Zelandia, Hollandia, Flandria, Brabantia rurſum incredibili damno adficiuntur.
Chriſtiernus rex Danię e Belgis nauali expeditione & bellico apparatu in Daniam profectus, a Danis capitur.
Andreas Doria, aliquot portus et ciuitates Gręcię Turcæ ſubiectas occupat.
Cęſar fugatis ex Auſtria Turcis, in Italiã reuerſus Hiſpaniam petit.
In hac expeditionę dyſenteria (vt aiunt) extinctus eſt Ratiſponę magnę ſpei illuſtris adoleſcens Chriſtierni Danię regis filius, cuius cadauer Gandauum illatum vna cũ matre tumulatur.
Apud Vianam Hollandię oppidulum ad flumen Leccã, virguncula quedã

quędam valetudinaria octodecim nata annos totum iam annũ abſq; vllo vel cibi vel pot⁹ beneficio miraculoſe vitã protrahere phibetur.
Henricus octauus Angliæ rex, repudiata priore vxore, alterã ducit, die Pentecoſtes. 1533
Ingens cometa menſe Iulio & Auguſti rurſus apparuit ad ſeptentrionem, cauda proteſa in Auſtrũ, quadraginta circiter diebus.
Concilium generale (vt ferunt) a Cęſare, ſummo pontifice, Gallorũ rege apparatur, ad publicã Chriſtianę religionis ſalutem, oremus deũ opt. max. vnanimiter oẽs, vt res ſuſcepta fœlicẽ ſortiatur exitum.
Clemẽs. VII. ſummus pont. ac Frãciſcus Gallorum rex apud Niciam Inſubrium vrbem hac de re (vt ferunt) conſultant.
Hollandi nauali profectione armataq; claſſe germanicum oceanũ ingreſſi ſunt, vt violẽta manu Lubecẽſiũ violentiã cohibeãt, q mercatorib⁹ nautiſq; Hollãdicis mare intercludunt

Digitized by Google

cludũt, Chriſtiernũ regẽ ſuũ in vicu
lis continẽt, & Cęſario mãdato ma-
gna pertinacia reſiſtunt, nõ ſine ma-
gna vtriuſq; partis iactura.

Quinto Octobris Deiparę virginis Marię Antuerpieñ. templum toto terrarum orbe celeberrimũ miſerando proh dolor cõflagrauit incẽdio.

6734 Paulus. III. natione Romanus, 1534
antea dictus Alexander, cognomento Farneſius, mortuo Clemente ſeptimo põtificatum maximum init, menſe Octobri, hic Breuiariũ Romanum nouum inſtituit.

Anabaptiſtæ, genus hoĩm execrabile, per occultam factionẽ (quę hęreticorum conſuetudo) excitato tumultu, menſe Ianua. occupant Monaſterium, ciuitatẽ munitiſſimam, Veſtphalię caput, cunctis eiectis ciuibus, ac direptis eorum bonis, templiſq; & ſacellis dirutis, ſacriſque oĩbus profanatis, Epiſcopus Monaſterieñ. plęriſq; adhęrentibus ſibi principibus eam ciuitatem obſidet atq; oppugnat, illis pertinaciſſi

me

me obnitentibus.

Magna claſſis Anabaptiſtarum ex Phryſia & Hollandia & aliis circũiacentibus regionibus, ex numeroſa hoĩm virorum mulierum ac puerorum multitudine coacta, ciuitatẽ Monaſterium clanculum per flumẽ accedere conata, ab Hollandię pręfecto intercipitur, ex iis plurimi fœdiſſimę opinioni pertinaciter hęrẽtes igne gladio aquis perimuntur, ab opinione autẽ reſiliẽtes ſeruãtur

Anabaptiſtæ conſtituunt ſibi Regem, Ioannẽ ſartorem quendam ex Leyda Hollandię oppido oriundũ eum vocant Regem cum Iſraëlis, tum Sionis, ciuitatem vero Monaſterium, nouam Hieruſalem, is vndiq; phanaticos ſuos mittit pphetas, qui inſipido popello damnatiſſimã clanculũ obtrudãt hęreſim.

Dux Mediolani ducit in vxorem filiam Chriſtierni regis Dacię, captiui, ex Iſabella D. Caroli. V. impẽ. ſorore prognatam, in aula Cęſarea Bruxellæ educatam.



Digitized by Google

Hulderichum Ducem Wirtember-
gen.apud Gallos exulantē, Philip-
pus Heſſorum princeps, ingenti co
acta militum Germanorum manu,
in patriam reducit.

Angli conniuente rege Lutheranū
dogma (contempto pontifice Ro-
mano) ſuſcipiunt.

Solimanus Turcarū imperator in-
numerabili exercitu Perſas adortus 1535
ab Hiſmaële Sophi Perſarum rege,
magna apud Tauridem clade affi-
citur.

Anabaptiſtę ipſo die. S. Ioannis Ba
ptiſtę (prouida nimirum dei vltio-
ne) capta ciuitate quotquot in ea
reperti ſunt, ad vnum interficiūtur,
mulieribus ac pueris eiectis. Rex
aliquot menſes carceri mancipatus
iuſſu Epiſcopi vna cum Bernardo
Cnipperdollingio crudeliter occi-
ſus, meritas impietatis ſuæ pœnas
luit. Execrabilis eius ſectę monſtrū
Cornelius Grapheus Senat. Ant.
a Secretis, heroici carmīs penicillo
ſuis coloribus graphice depinxit.

Ingens

Digitized by Google

Ingens Anabaptiſtarũ numerus noua rurſum cõſpiratione facta, perãplum atq; aquarũ ambitu bene munitũ cœnobium quoddã in Phryſia occupãt, Præfectus Phryſiæ oportune occurrẽs omneis acerrime repugnãtes trucidat, ne virginibus quidem, nẽpe obſtinatiſſimis parcẽs.

Amſtelredamũ, ciuitas maritima, Hollandiæ emporeũ, poſt captum Monaſterium, & liberatã ab impijs Phryſiã, nocturnis inſidijs ab Anabaptiſtis inuaditur, occupato ꝑ vim ſenatu, vigilibus atq; aliquot ex magiſtratibus occiſis, tandẽ vero ſuperati vna cum eorum pſeudoepiſcopo, vt ſeditioſiſſimi latrones varijs (vt meruere) affecti tormentis, publice interficiuntur.

Carolus. V. Imp. Cæs. aug. opt. ma. vix numerabili exercitu, ingẽti claſſe ex Hiſpanijs Barchinone ſoluẽs, in Africã traijcit, Goletã caſtellum muniti ſſimum, prius (vt ferunt) inexpugnabile, in ſinu Carthagineñ ſitum, Deo certe fautore, parua ma

nu capit. Indè Tuniciũ vrbẽ, totius Africę facile caput, ac regni ſedem, turpiter fugiẽte Barbaroſſa ei⁹ regni tyrãno, incruẽta victoria occupat liberatiſq; ad multa vſq; milia captiuis Chriſtianis, rebuſq; oĩbus rite cõpoſitis, vero ibidẽ rege ſub certis pactis & cõditionibus relicto, Goleta ſibi in poſterũ hereditario iure ſeruata, in Italiã victor contendit, primũq; proſpero curſu in Siciliã delatus, tandem Neapolim incolumis peruenit, Nouit Deus illius indubitatiſſimus fautor, quem tantus ſucceſſus ſit habiturus euentũ, faciat autem is in cuius manu eſt vt ad Reip. Chriſtianę ſalutem, ac diuinę eius gloriæ incrementũ omnia proſperrime cedant.

Barbaroſſa a diſceſſu Cæs. poſt incurſiones hoſtileis cũ in Tunicium tum in Balearicas inſulas factas, Cõſtantinopolim inglorius fugit.

Heluetij occupata Gebenna, Sabaudiæ partem inuadunt.

Erardus a Marka Epiſcopus Leodienſis

dienſis & Cardinalis Titu. S. Chry-
ſogoni, patriã Leodien. pacifice re-
xit, Leodiumq́ꝫ, inter cętera benefi
cia, elegãtiſſimo palatio decorauit.

Iudocus Clichtoueus, Ioãnes Ec
kius, Ioannes Cocleus, Fridericus
Nauſea, Ioannes Faber, & innume
ri alij catholici ſcriptores florẽt.

Ioannes Driedonis de Turnhout
theologus Louanienſis, multos cõ
poſuit libros catholicos.

Thomas Morus Britannus, Henri-
ci. viij. Angliæ regis Cancellarius,
homo vtriuſq́ꝫ lingug doctiſſimus,
ac. R. D. Epiſcopus Roffenſis theo
logus concionator egregius, poſt
longam carceris moleſtiam, ob no-
ui matrimonij contradictionẽ, vna
cum aliquot primarijs innocentibꝰ
monachis, capite truncantur.

Dux Mediolani, relicta iuuene nu-
per ducta vxore, moritur, eius prin-
cipatus potiundi ſpe Galli tumul-
tuantur, atq́ꝫ in Italiã arma parãt.

Fridericus Comes Palatinus, Doro
theam filiam regis Chriſtierni, ex

Iſabella Caroli. V. Cæſaris ſorore progenitã, in aula Bruxellenſi alitã admodnm iuuenculam, Cæſare aſſentiente ducit vxorem.

Regina Angliæ ab Henrico octauo repudiata, vel morbo, vel contumeliæ acceptæ diſplicentia (non ſine mala tamẽ vulgi ſuſpitione) moritur. Exequiæ in aula Bruxellenſi honorifice celebratæ.

¶ *Summa ergo omnium mundi annorum uſque ad præſentem. 1535. eſt*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Secundũ* | *Hebræos* | 5487 | *Annorũ* |
| | *Mirandulam* | 5038 | |
| | *Euſebium* | 6734 | |
| | *Auguſtinum* | 6888 | |
| | *Alphonſum* | 8519 | |

Θεὸς Α καὶ Ω.

Digitized by Google

# CATALOGVS OMnium Regum & Imperatorum Romanorum, vſque ad Carolum Quintum.

| Anni ante Chriſtum | Numerus Imp. | | Anni | Menſes | Dies |
|---|---|---|---|---|---|
| | | **REGES** | quib. impe. | | |
| 571 | 1 | Romulus | 37 | | |
| 714 | 2 | Numa Pompilius | 41 | | |
| 673 | 3 | Tullus Hoſtilius | 32 | | |
| 641 | 4 | Ancus Martius | 23 | | |
| 618 | 5 | Tarquinius priſcus | 35 | | |
| 583 | 6 | Seruius Tullius | 34 | | |
| 549 | 7 | Tarquinius ſuperb. | 35 | | |
| | | **IMPERATORES.** | | | |
| 46 | 1 | C. Iulius Cæſar | 4 | 7 | |
| 41 | 2 | Octauianus auguſt. | 56 | 6 | |
| | | ¶ Anni poſt natum Chriſtum. | | | |
| 15 | 3 | Tiberius cæſar | 23 | | |
| 38 | 4 | Caius caligula | 3 | 10 | 8 |
| 42 | 5 | Claudius | 13 | 8 | 20 |
| 56 | 6 | Sextus Nero | 14 | 7 | 8 |
| 71 | 7 | Galba | | 7 | |
| 71 | 8 | Ottho | | 3 | |
| 71 | 9 | Vitellius | | 7 | |
| 72 | 10 | Veſpaſianus | 10 | | |
| 81 | 11 | Titus | 2 | 2 | 20 |
| 82 | 12 | Domitianus | 15 | 5 | |
| 99 | 13 | Nerua | 1 | 4 | |

| Anni Chriſti | Numerus Imp. | | Anni | Menſes | Dies |
|---|---|---|---|---|---|
| 100 | 14 | Traianus | 19 | 6 | |
| 119 | 15 | Hadrianus | 21 | | |
| 140 | 16 | Antonius pius | 23 | 3 | |
| 163 | 17 | M.Antonius | 19 | 1 | |
| 182 | 18 | Commodus | 13 | | |
| 195 | 19 | Helius pertinax | | 6 | |
| 195 | 20 | Seuerus | 18 | | |
| 213 | 21 | Baſſianus card. | 6 | | |
| 219 | 22 | Macrinus | 1 | | |
| 220 | 23 | M.Aurel.Ant. | 4 | | |
| 214 | 24 | Alexander | 13 | | |
| 237 | 25 | Maximinus | 3 | | |
| 240 | 26 | Gordianus | 6 | | |
| 246 | 27 | Philipppus | 7 | | |
| 253 | 28 | Decius | 1 | 3 | |
| 254 | 29 | Gallus hoſtilius | 2 | | |
| 256 | 30 | Valerianus | 15 | | |
| 270 | 31 | Claudius | 1 | 9 | |
| 273 | 32 | Aurelianus | 5 | 6 | |
| 278 | 33 | Tacitus | | 6 | |
| 278 | 34 | Probus | 6 | 4 | |
| 284 | 35 | Carus | 2 | | |
| 286 | 36 | Diocleſianus | 20 | | |
| 307 | 37 | Galerius | 2 | | |
| 309 | 38 | Conſtantinus | 30 | 10 | |
| 339 | 39 | Conſtantinus.II. | 24 | 5 | 12 |
| 363 | 40 | Iulianus | 2 | 8 | |
| 365 | 41 | Iouinianus | 8 | | |
| 366 | 42 | Valentinianus | 12 | 5 | |
| 378 | 43 | Valens | 4 | | |
| 382 | 44 | Gratianus | 6 | | |

Theo

| Anni Chriſti. | Numerus Imp. | | Anni. | Menſis | Dies |
|---|---|---|---|---|---|
| 388 | 45 | Theodoſius | 11 | | |
| 407 | 46 | Archadius | 3 | | |
| 411 | 47 | Honorius | 5 | | |
| 427 | 48 | Theodoſius.II. | 26 | | |
| 453 | 49 | Martianus | 7 | | |
| 474 | 50 | Zeno | 17 | | |
| 490 | 51 | Anaſtaſius | 36 | | |
| 519 | 52 | Iuſtinus | 8 | | |
| 525 | 53 | Iuſtianus | 38 | | |
| 564 | 54 | Iuſtinus.II. | 11 | | |
| 577 | 55 | Tiberius.II. | 7 | | |
| 583 | 56 | Mauritius | 20 | | |
| 603 | 57 | Phoca | 8 | | |
| 611 | 58 | Heraclius | 27 | | |
| 638 | 59 | Heraclion | 2 | | |
| 640 | 60 | Conſtãtinus.III. | 27 | | |
| 669 | 61 | Merentius | | 6 | |
| 670 | 62 | Conſtãtinus.IIII. | 17 | | |
| 686 | 63 | Iuſtinianus.II. | 10 | | |
| 696 | 64 | Leontius | 3 | | |
| 699 | 65 | Tiberius.III. | | 7 | |
| 712 | 66 | Philippus. | 1 | 6 | |
| 713 | 67 | Anaſtaſius | | 3 | |
| 717 | 68 | Theodoſius.III. | 1 | | |
| 718 | 69 | Leo | 24 | | |
| 742 | 70 | Conſtantinus.V. | 35 | | |
| 776 | 71 | Leo.II. | 5 | | |
| 781 | 72 | Conſtantinus.VI. | 10 | | |
| 792 | 73 | Nicephorus | 9 | | |
| 801 | 74 | Carolus | 14 | | |
| 815 | 75 | Ludouicus | 25 | | |

| Anni Christi | Numerus Imp. | | Anni | Menses | Dies |
|---|---|---|---|---|---|
| 841 | 76 | Lotharius | 15 | | |
| 855 | 77 | Ludouicus.II. | 11 | | |
| 876 | 78 | Carolus.II. | 6 | | |
| 882 | 79 | Carolus.III. | 12 | 6 | |
| 894 | 80 | Arnulphus | 12 | | |
| 906 | 81 | Ludouicus.III. | 4 | | |
| 913 | 82 | Berengarius | 4 | | |
| 917 | 83 | Berengarius.II. | 4 | | |
| 921 | 84 | Vugo | 10 | | |
| 933 | 85 | Lotharius.II. | 2 | | |
| 935 | 86 | Berengarius.III. | 11 | | |
| 962 | 87 | Ottho.II. | 12 | | |
| 975 | 88 | Ottho.III. | 17 | | |
| 987 | 89 | Ottho.IIII. | 18 | | |
| 1004 | 90 | Henricus I. | 19 | | |
| 1024 | 91 | Conradus | 15 | | |
| 1039 | 92 | Henricus.II. | 17 | | |
| 1057 | 93 | Henricus.III. | 48 | | |
| 1100 | 94 | Henricus.IIII. | 20 | | |
| 1128 | 95 | Lotharius | 11 | | |
| 1139 | 96 | Conradus.V. | 15 | | |
| 1153 | 97 | Fredericus.I. | 37 | | |
| 1190 | 98 | Henricus.V. | 10 | | |
| 1209 | 99 | Ottho.V. | 3 | | |
| 1212 | 100 | Fredericus.II. | 33 | | |
| 1278 | 101 | Rodolphus | 19 | | |
| 1292 | 102 | Adulphus | 6 | | |
| 1298 | 103 | Albertus.I. | 10 | | |
| 1309 | 104 | Henricus.VI. | 5 | 8 | |
| 1315 | 105 | Ludouicus.IIII. | 32 | | |
| 1347 | 106 | Carolus.IIII. | 32 | | |

| Anni Chriſti | Numerus Imp. | | Anni | Menſes | Dies |
|---|---|---|---|---|---|
| 1379 | 107 | Wenceſlaus | 19 | | |
| 1401 | 108 | Robertus | 19 | | |
| 1411 | 109 | Sigiſmundus | 27 | | |
| 1483 | 110 | Albertus. II. | 2 | | |
| 1440 | 111 | Fredericus. III. | 53 | | |
| 1493 | 112 | Maximilianus | 33 | | |
| 1519 | 113 | Carolus. V. | | | |
| | 114 | Ferdinandus | | | |
| | 115 | Maximilianus | | | |

# CATALOGVS OMnium Pontificum Romanorum, vſque ad Paulum Tertium.

| Anni à nato Chriſto | Numerus Pontificū | | Anni | Menſes | Dies |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | quibus | ſederint. | |
| 33 | 1 | Petrus Apoſtolus | 25 | 7 | |
| 70 | 2 | Linus | 11 | 3 | 12 |
| 81 | 3 | Cletus | 11 | 1 | 11 |
| 92 | 4 | Clemens | 9 | 2 | 10 |
| 101 | 5 | Anacletus | 9 | 2 | 10 |
| 110 | 6 | Euariſtus | 9 | 10 | 2 |
| 119 | 7 | Alexander | 10 | 7 | 2 |
| 129 | 8 | Sixtus | 10 | 3 | 21 |
| 139 | 9 | Teleſphorus | 11 | 3 | 22 |
| 143 | 10 | Iginius | 4 | 3 | 4 |
| 147 | 11 | Pius | 12 | | |



Digitized by Google

| Anni Chriſti. | Numerus Pont. | | Anni | Menſes | Dies |
|---|---|---|---|---|---|
| 159 | 12 | Anicetus | 9 | 4 | 3 |
| 168 | 13 | Soter | 9 | 3 | 21 |
| 177 | 14 | Eleutherius | 21 | 6 | 5 |
| 198 | 15 | Victor | 10 | 3 | 10 |
| 208 | 16 | Zepherinus | 9 | | |
| 217 | 17 | Calixtus | 5 | 2 | 10 |
| 222 | 18 | Vrbanus | 8 | 2 | 12 |
| 230 | 19 | Pontianus | 9 | 5 | 2 |
| 239 | 20 | Antherus | 3 | 1 | 21 |
| 242 | 21 | Fabianus | 13 | 11 | 11 |
| 255 | 22 | Cornelius | 3 | | 10 |
| 258 | 23 | Lucius | 3 | 2 | 10 |
| 261 | 24 | Stephanus | 3 | 3 | |
| 264 | 25 | Sixtus.II. | 2 | 9 | 3 |
| 266 | 26 | Dionyſius | 6 | 2 | 4 |
| 272 | 27 | Felix | 4 | 3 | 15 |
| 276 | 28 | Eutichianus | 8 | 10 | 4 |
| 284 | 29 | Caius | 11 | 4 | |
| 295 | 30 | Marcellinus | 9 | 4 | |
| 304 | 31 | Marcellus | 5 | 6 | 21 |
| 309 | 32 | Euſebius med. | 2 | 6 | 26 |
| 311 | 33 | Melchiades | 4 | 7 | 9 |
| 315 | 34 | Silueſter | 21 | | |
| 336 | 35 | Marcus | 2 | 8 | |
| 338 | 36 | Iulius | 16 | 4 | |
| 354 | 37 | Liberius | 16 | 7 | 2 |
| 370 | 38 | Felix.II. | 1 | 4 | 2 |
| 371 | 39 | Damaſus | 18 | 2 | 10 |
| 389 | 40 | Siricius | 15 | 11 | 25 |
| 404 | 41 | Anaſtaſius | 3 | | 10 |
| 408 | 42 | Innocentius | 15 | 2 | 20 |

Zozi.

Digitized by Google

| Anni Christi | Numerus Pont. | | Anni | Menses | Dies |
|---|---|---|---|---|---|
| 424 | 43 | Zozimus | 1 | 8 | 25 |
| 425 | 44 | Bonifacius | 3 | 4 | 7 |
| 428 | 45 | Celeſtinus | 8 | | |
| 436 | 46 | Sixtus.III. | 8 | | 9 |
| 444 | 47 | Leo | 21 | 1 | 13 |
| 465 | 48 | Hilarius | 6 | 3 | 10 |
| 471 | 49 | Simplicius | 15 | 1 | 7 |
| 486 | 50 | Felix.III. | 8 | 11 | 19 |
| 494 | 51 | Gelaſius | 4 | 8 | 17 |
| 498 | 52 | Anaſtaſius.II. | 1 | 10 | 24 |
| 499 | 53 | Symachus | 15 | 6 | 22 |
| 514 | 54 | Hormiſda | 9 | | 18 |
| 523 | 55 | Ioannes | 2 | 8 | |
| 525 | 56 | Felix.IIII. | 4 | 2 | 13 |
| 529 | 57 | Bonifacius.II. | 2 | | 26 |
| 531 | 58 | Ioannes.II. | 2 | 4 | |
| 533 | 59 | Agapitus | 1 | | |
| 534 | 60 | Siluerius | 1 | 5 | 12 |
| 535 | 61 | Vigilius | 17 | 6 | 26 |
| 557 | 62 | Pelagius | 11 | | 19 |
| 563 | 63 | Ioannes.III. | 13 | | |
| 576 | 64 | Benedictus | 4 | 1 | 28 |
| 580 | 65 | Pelagius.II. | 10 | 2 | 10 |
| 590 | 66 | Gregorius | 13 | 6 | 10 |
| 603 | 67 | Sabinianus | 1 | 5 | 9 |
| 605 | 68 | Bonifacius.III. | | 8 | 28 |
| 606 | 69 | Bonifacius.IIII. | 6 | 8 | 12 |
| 613 | 70 | Deusdedit | 4 | | |
| 617 | 71 | Bonifacius.V. | 5 | | 10 |
| 622 | 72 | Honorius | 12 | 11 | 17 |
| 634 | 73 | Seuerinus | 1 | | |

Ioan

| Anni Christi. | Numerus Pont. | | Anni | Menses | Dies |
|---|---|---|---|---|---|
| 635 | 74 | Ioannes.IIII. | 1 | 9 | 18 |
| 636 | 75 | Theodorus | 6 | 5 | 8 |
| 643 | 76 | Martinus | 6 | 1 | 26 |
| 650 | 77 | Eugenius | 3 | | |
| 653 | 78 | Vitellianus | 14 | 6 | |
| 667 | 79 | Adeodatus | 4 | 7 | 5 |
| 672 | 80 | Donus | 1 | 2 | 5 |
| 673 | 81 | Agathon | 2 | 6 | 15 |
| 676 | 82 | Leo.II. | | 10 | 17 |
| 677 | 83 | Benedictus.II. | | 10 | 12 |
| 679 | 84 | Ioannes.V. | 1 | | 10 |
| 680 | 85 | Conon | | 11 | 3 |
| 681 | 86 | Sergius | 14 | 8 | 14 |
| 695 | 87 | Ioannes.VI. | 3 | 3 | |
| 698 | 88 | Ioan.VII.Fran. | 2 | 7 | 18 |
| 701 | 89 | Siſimus | | | 20 |
| 701 | 90 | Conſtantinus | 7 | | 15 |
| 708 | 91 | Gregorius.II. | 2 | 9 | 15 |
| 729 | 92 | Gregorius.III. | 10 | 8 | 24 |
| 740 | 93 | Zacharias | 10 | 2 | 15 |
| 750 | 94 | Stephanus.II. | 5 | 1 | 1 |
| 760 | 95 | Paulus | 10 | 10 | |
| 770 | 96 | Conſtantinus.II. | 1 | 1 | |
| 771 | 97 | Stephanus.III. | 3 | 5 | 28 |
| 774 | 98 | Hadrianus | 23 | 10 | 18 |
| 798 | 99 | Leo.III. | 20 | 5 | 9 |
| 819 | 100 | Stephanus.IIII. | 3 | 7 | |
| 822 | 101 | Paſchalis | 7 | 3 | 17 |
| 829 | 102 | Eugenius.II. | 4 | | |
| 833 | 103 | Valentinus | | | 40 |
| 833 | 104 | Gregorius.IIII. | 16 | | |


Digitized by Google

| Anni Christi. | Numerus Pont. | | Anni. | Menses | Dies |
|---|---|---|---|---|---|
| 849 | 105 | Sergius.II. | 3 | 3 | |
| 851 | 106 | Leo.IIII. | 8 | 3 | 6 |
| 760 | 107 | Benedictus.III. | 2 | 5 | 9 |
| 862 | 108 | Nicolaus | 9 | 2 | 20 |
| 871 | 109 | Hadrianus.II. | 5 | 9 | 12 |
| 877 | 110 | Ioannes.VIII. | 10 | | 2 |
| 887 | 111 | Martinus.II. | 1 | 5 | |
| 888 | 112 | Hadrianus.III. | 1 | 3 | |
| 890 | 113 | Stephanus.V. | 6 | | 9 |
| 896 | 114 | Formoſus | 5 | 6 | |
| 901 | 115 | Bonifacius.VI. | | | 15 |
| 901 | 116 | Stephanus.VI. | 1 | 3 | |
| 902 | 117 | Romanus | | 3 | 21 |
| 902 | 118 | Theodorus.II. | | | 20 |
| 902 | 119 | Ioannes.IX. | 2 | | |
| 904 | 120 | Benedictus.IIII. | 3 | 4 | |
| 907 | 121 | Leo.V. | | | 40 |
| 907 | 122 | Chriſtophorus | | 7 | |
| 907 | 123 | Sergius.III. | 7 | 3 | 15 |
| 914 | 124 | Anaſtaſius.III. | 2 | 2 | |
| 916 | 125 | Lando | | 6 | |
| 917 | 126 | Ioannes.X. | 13 | 2 | 13 |
| 930 | 127 | Leo.VI. | | 6 | 15 |
| 930 | 128 | Stephanus.VII. | 2 | 1 | 12 |
| 933 | 129 | Ioannes.XI. | 4 | 10 | 15 |
| 937 | 130 | Leo.VII. | 3 | 6 | 10 |
| 941 | 131 | Stephanus.VIII. | 3 | 4 | 15 |
| 944 | 132 | Martinus.III. | 3 | 6 | 14 |
| 948 | 133 | Agapitus.II. | 9 | 7 | 10 |
| 958 | 134 | Ioannes.XII. | 4 | 10 | 5 |
| 962 | 135 | Benedictus.V. | | 2 | 5 |

Leo

Digitized by Google

| Anni Christi | Numerus Pont. | | Anni | Menses | Dies |
|---|---|---|---|---|---|
| 62 | 136 | Leo.VIII. | 1 | 4 | |
| 63 | 137 | Ioannes.XIII. | 6 | 11 | 15 |
| 69 | 138 | Benedictus.VI. | 1 | 6 | |
| 71 | 139 | Donus.II. | 1 | 6 | |
| 972 | 140 | Bonifacius.VII. | | 6 | 12 |
| 973 | 141 | Benedictus.VII. | 8 | 5 | |
| 981 | 142 | Ioannes.XIIII. | | 8 | |
| 982 | 143 | Ioannes.XV. | | 4 | |
| 982 | 144 | Ioannes.XVI. | 10 | 6 | 10 |
| 992 | 145 | Gregorius.V. | 2 | 5 | |
| 994 | 146 | Ioannes.XVII. | | 10 | |
| 995 | 147 | Silueſter.II. | 4 | 1 | |
| 999 | 148 | Ioannes.XVIIII. | | 5 | |
| 1000 | 149 | Ioannes.XIX. | 4 | 4 | |
| 1004 | 150 | Sergius.III. | 2 | 6 | |
| 1006 | 151 | Benedictus.VIII. | 11 | 11 | |
| 1018 | 152 | Ioannes.XX. | 9 | | 9 |
| 1027 | 153 | Benedictus.IX. | 10 | 4 | 9 |
| 1038 | 154 | Silueſter.III. | | | 56 |
| 1038 | 155 | Gregorius.VI. | 2 | 3 | |
| 1040 | 156 | Clemens.II. | | 9 | |
| 1040 | 157 | Damaſus.II. | | | 23 |
| 1040 | 158 | Leo.IX. | 13 | 2 | 6 |
| 1053 | 159 | Victor.II. | 2 | 3 | 14 |
| 1055 | 160 | Stephanus.IX. | | 4 | |
| 1056 | 161 | Benedictus.X. | | 8 | 20 |
| 1057 | 162 | Nicolaus.II. | 3 | 6 | 26 |
| 1061 | 163 | Alexander.II. | 11 | 6 | |
| 1073 | 164 | Gregorius.VII. | 12 | 1 | 4 |
| 1085 | 165 | Victor.III. | 1 | 4 | |
| | 166 | Vrbanus.II. | 13 | 4 | |

Digitized by Google

| Anni Chriſti. | Numerus Pont. | | Anni | Menſes | Dies |
|---|---|---|---|---|---|
| 1100 | 167 | Paſchalis.II. | 18 | 5 | 7 |
| 1118 | 168 | Gelaſius.II. | 1 | 5 | |
| 1120 | 169 | Calixtus.II. | 5 | 10 | |
| 1126 | 170 | Honorius II. | 5 | 5 | 3 |
| 1131 | 171 | Innocentius.II. | 14 | 8 | 8 |
| 1145 | 172 | Celeſtinus.II. | | 5 | |
| 1146 | 173 | Lucius.II. | | 11 | 4 |
| 1147 | 174 | Eugenius.III. | 8 | 7 | 20 |
| 1155 | 175 | Anaſtaſius.IIII. | 2 | 4 | 24 |
| 1158 | 176 | Hadrianus.IIII. | 4 | 10 | |
| 1161 | 177 | Alexander.III. | 21 | | 19 |
| 1181 | 178 | Lucius.III. | 4 | 2 | |
| 1185 | 179 | Vrbanus.III. | 1 | 11 | |
| 1186 | 180 | Gregorius.VIII. | | | 52 |
| 1186 | 181 | Clemens.III. | 2 | | 16 |
| 1188 | 182 | Celeſtinus.III. | 6 | 7 | 11 |
| 1195 | 183 | Innocentius.III. | 18 | 4 | 24 |
| 1214 | 184 | Honorius.III. | 10 | 7 | 13 |
| 1225 | 185 | Gregorius.IX. | 14 | 3 | |
| 1240 | 186 | Celeſtinus.IIII. | | | 18 |
| 1242 | 187 | Innocentius.IIII. | 11 | 6 | 6 |
| 1254 | 188 | Alexander.IIII. | 6 | 6 | |
| 1262 | 189 | Vrbanus.IIII. | 3 | 1 | 4 |
| 1265 | 190 | Clemens.IIII. | 3 | 9 | 21 |
| 1271 | 191 | Gregorius.X. | 1 | 2 | 10 |
| 1273 | 192 | Innocentius.V. | | 5 | 2 |
| 1273 | 193 | Hadrianus.V. | | | 40 |
| 1273 | 194 | Ioannes.XXI. | | 8 | |
| 1276 | 195 | Nicolaus.III. | 3 | 8 | |
| 1280 | 196 | Martinus.IIII. | 4 | 1 | |
| 1284 | 197 | Honorius.IIII. | 2 | 1 | |

Nicola

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1288 | 198 | Nicolaus.IIII. | 4 | 1 | |
| 1290 | 199 | Celeſtinus.V. | | 5 | 1 |
| 1291 | 200 | Bonifacius.VIII. | 8 | 9 | 17 |
| 1300 | 201 | Benedictus.XI. | | 9 | |
| 1302 | 202 | Clemens.V. | 8 | 10 | 15 |
| 1317 | 203 | Ioannes.XXII. | 19 | 3 | 27 |
| 1336 | 204 | Benedictus.XII. | 7 | 3 | 17 |
| 1343 | 205 | Clemens.VI | 10 | 6 | 8 |
| 1353 | 206 | Innocentius.VI. | 10 | | |
| 1362 | 207 | Vrbanus.V. | 8 | 5 | |
| 1371 | 208 | Gregorius.XI. | 8 | | |
| 1379 | 209 | Vrbanns.VI. | 11 | 8 | |
| 1390 | 210 | Bonifacius.IX. | 14 | 9 | |
| 1405 | 211 | Celeſtinus.VI. | 15 | | |
| 1420 | 212 | Benedictus.XIII | 21 | | |
| 1404 | 213 | Innocentius.VII. | 2 | | |
| 1407 | 214 | Gregorius.XII. | 2 | 7 | |
| 1409 | 215 | Alexander.V. | | 8 | |
| 1410 | 216 | Ioannes.XXIII. | 4 | 10 | |
| 1415 | 217 | Martinus.V. | 14 | 3 | |
| 1430 | 218 | Eugenius.IIII. | 15 | | |
| 1438 | 219 | Felix.V. | 9 | | |
| 1447 | 220 | Nicolaus.V. | 8 | | |
| 1455 | 221 | Calixtus.III. | 3 | 3 | |
| 1458 | 222 | Pius.II. | 5 | 11 | 20 |
| 1464 | 223 | Paulus.II. | 6 | 10 | |
| 1471 | 224 | Sixtus.IIII. | 13 | | |
| 1484 | 225 | Innocentius.VIII. | 5 | 11 | |
| 1492 | 226 | Alexander.VI. | 11 | | 8 |
| 1503 | 227 | Pius.III. | | | 27 |
| 1503 | 228 | Iulius.II. | 9 | 4 | |
| 1513 | 229 | Leo.X. | 9 | 3 | |
| 1522 | 230 | Adrianus.VI. | 1 | 7 | |
| 1523 | 231 | Clemens.VII. | 11 | | |
| 1535 | 232 | Paulus.III. | | | |

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google